


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
8 C
5
5. B. A. 7.

XXIV. 4. 14

HERCVLIS · CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII . NASONIS
METAMORPHOSIN
EX . XVII. ANTIQVIS . LIBRIS
Obſeruationes,

Quibus loci quamplurimi & emendantur, & aliorum quoq. tum Graecorum, tum Latinorum Poetarum aut ſimili, aut etiam uaria doctrina illuſtrantur.







VENETIIS. ∞. D. LXXV

mo mo
ILL. ATQ. EXCELL. VIRO

IACOBO · BONCOMPAGNO

ARCIS. S. ANGELI

PRAEFECTO

AC. S. R. E. GENERALI

GVBERNATORI

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA

HERCVLES. CIOFANVS. SVLMONENSIS. S.



IDEO *in more positum esse,* IACOBE, *uir Illustriss. atq. Excellentiss. ut, cum quis opus aliquod in lucem edit, quempiam, qui auctoritate apud homines ualeat, in cuius nomine id emittat, deligat. Hanc ego consuetudinem, quae mihi uisa est sane optima, secutus, te, cuius auctoritas meritissimo apud omnes maxima est, cui opus hoc iuuentutis meae consentaneum dedicarem, potissimum delegi. Appareant igitur in tuo nomine, tuaq. auctoritate protegantur qualescumq. sint in Ouidij Metamorphosin hae meae lucubrationes, ex manuscriptis libris magno cum labore, &*

quam maximo potui ſtudio ac diligentia depromptae. Quibus & nonnullas hiſtorias, & fabulas, cum locus poſtulare uiſus eſt, quibus aliquae aliae, quae in hoc libro leguntur, aut declararentur, aut confirmarentur, addidi. In quas etiam nonnulla congeſſi, quae et Ouidius ex alijs, & deinde ex eo alij auctores imitati uidentur. Quo nihil praeſtabilius ad ſcriptorum ſententias intelligendas fieri poſſe ſum arbitratus. Hoc amplius, quoniam opus hoc partim temporis iniuria, partim certorum hominum audacia innumerabilibus prope mendis ſcatebat, id non parum ab ijs, ueterum librorum ope, quantum in me fuit, uindicaui. Ac, quotieſcumq. adnimaduerti uel ex alijs ipſius Ouidij operibus, uel ex aliorum auctorum ſcriptis aliquid, quod ſententia, aut elocutione ſimile uideretur, loca cum locis contuli. Sed haec hactenus. Libet modo de ipſo Ouidio quid recentiores quidam ſenſerint, breuiter recenſere, ut, quod ipſi aiebant,

bant,

bant, uerum nec ne ſit, omnibus nunc perſpicue pateat. Quidam (parco.n. eius nomini, qui & inſigniter fuit eruditus, & in poeticae ſtudio excelluit) cum ſciret Poetam hunc noſtrum eſſe fabularum ſcriptorem facundiſſimum, ac facile principem; eius carmina in Italicum ſermonem ſibi conuerti iuſſit, arbitratus eum Latine non locutum eſſe: ac, quoties de eo ſermo inciderat, ita de eo, ut de barbaro aliquo, & Latine linguae imperito, loquebatur. Quē alij quidam ſecuti, in grauiſſimorum, doctiſſimorumq. hominum aculeos merito inciderunt. Qui enim quaeſo, ſumus nos, ut, cum de Latini ſermonis integritate et elegantia agitur, tam ſuperbe iudicium de antiquis ſcriptoribus facere audeamus? Multa, inquiunt, innouauit Ouidius, multas uoces confinxit, quibus ſuperiores uſi non erant. Vnde ſcis, quiſquis es, innouarit ea, an e uetuſtioribus, quos nunc non habemus, ipſe habebat, acceperit? Quiſquam

ne ueterum Criticorum Ouidium umquam, tamquam parum Latine locutum notauit? At isti delicies faciunt: & uocem ullam negant se ferre posse, quae non in Catulli, Lucretij, Virgilij, Tibulli, et paucorum praeterea, uersibus reperiatur. Quanto satius esset μὴ μάχεσθαι, *ut ait Thucydides,* τῷ πολλῷ χρόνῳ: *& eorum auctoritati acquiescere, quorum muliones melius ac certius, quam nos, de Latino sermone iudicare poterant. Ponam equidem, quid de Ouidio senserit historicus optimus C. Velleius Paterculus lib. 2. Paene, inquit, stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri aeui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusq. et consecutus Sallustium Liuius, Tibullusq. &* NASO *perfectissimi in forma operis sui. Quo uel uno testimonio eos, qui ita acerbe ac petulanter in ipsum inuecti sunt, neque uere, neque sincere, sed ex affectu ac libidine locutos esse, simulque inscitiam pa*

tefe-

Digitized by Google

tefeciſſe ſuam, facile intelligere eſt. Siquis uero opus hoc diligenter inſpiciat, reperiet profecto tantam tamq. admirabilem dicendi copiam atq. ubertatem, ſimulq. ſententiarum, uerborumq. grauitatem, uix ut alius ſit apud Latinos poeta, qui in hac re ipſi merito praeferri poſſit. Quid dicam de modo illo ſingulari ac prope diuino connectendi fabulam cum fabula? in quo ita excelluit, ut nihil artificioſius, nihil praeſtantius, nihil deniq. ornatius aut dici aut fieri poſſit: quod res diuerſiſſimas tractans, adeo ingenioſe eas connexuit, ut una materia plane uideatur. Illud etiam minime reticendum eſt, Latinos olim ſcriptores ad unum fere Graeca opera in Latinum uertiſse ſermonem, a quibus eximia doctrina, atq. eruditio orta eſt praeſtantiſſima. Contra factum eſſe a Maximo Planude nemo ignorat, qui cum optime noſſet Graecam linguam poema non habere, quod tanta gratia ac uenuſtate, quanta hoc, flue

*ret, e Latino in Graecum id tranſtulit.
Quid multa? Artes omnes, quae antiquis
notae erant, cum in alijs, quae conſcripſit,
operibus, tum maxime in hoc ita declara-
uit, ut quamplurimi utriusq. linguae, quae
in pretio ſunt, intelligentia, atq. acerrimo iu
dicio praeſtantes, ſupra quam dici poteſt, ad
mirentur. Atq. haec cũ ita ſint,* IACOBE,
*Vir Illuſtriſſime, nõ dubito, quin tu quoque,
cuius iudicium peracre eſt, et ingenium prae
ſtanti eruditione ornatum, uera eſſe confir-
mes: ſimulq. eos omnes, qui de Poeta noſtro
aliter ſenſerunt, prorſus redarguas ac refel
las. Nunc, quare opus hoc, quodcũque eſt,
tibi inſcripſerim, intelligas licet. Honeſta-
rum artium patronus es, quae multis abhinc
annis abiectae, neglectaeq. in tenebris iacue
runt; nunc in tam celebri atq. excelſo loco ſi-
tae, non ſolum Romae, quae omnium gen-
tium regina eſt, uerum in alijs quoq. Italiae
Vrbibus, tuo potiſſimum patrocinio maxi-
me uigent. Quo nomine quotidie fere plu-*

rima

rima ac praeclarissima opera, quibus suauis-
simi atq. optimi mores tui, una cum excellen
tibus in omni actione uirtutibus aeternitati
commendantur sempiternae, certatim tibi
dicant. Quibus praeclaris animi ornamen-
tis omnes plane superare atq. obscurare uide
ris. Superest, ut ab omnium bonorum largito
re DEO noctes atque dies summis precibus
contendam, ut Remp. Christianam, cuius tu
nunc onus pergraue & praeclare & sapien
ter sustines, ab omni immanissimorum Chri
stiani nominis hostium periculo tuearis ac
defendas; ipsiq. diu incolumis uiuas. Hosce
meos labores, quos nunc ad te defero, a se-
rijs, maximisq. negotijs uacuus tandem ali
quando, ut inspicias te oro atq. obtestor.
Quod si feceris, ac si intellexero eos tibi
non displicere, ad alia maiora conscribenda
calcar adijcies. Vale, disciplinarum libera-
lium decus, ac praesidium maximum.
Romae. IV. Id. Mart. ∞. D. LXXV.

a 5

Digitized by Google

AMPLISSIMO . ATQVE
ORNATISSIMO . VIRO
VINCENTIO . DONZELLO
EPISCOPO . SVLMONENSI
Hercules Ciofanus S.



PErgratum tibi, Antistes Amplissime, me facturum existimaui, si de SVLMONE, cui maxima cum dignitate, ac singulari uitae integritate, nunc praees, aliquid quã breuissime ad te scriberem, quod ab iis, qui de ipso hactenus scripserunt, non esset animaduersum. Est igitur SVLMO, Corfinio DCC abhinc annis, & eo amplius diruto, Pelignorum Metropolis: Qui a Solymo Aeneae comite & conditus & denominatus est, ut testatur Ouidius lib. IV. Fastorum, cum ait:

Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo, Sulmonis moenia nomen habent.

Quod confirmat Silius Italicus lib. IX. ubi loquitur de Satrico, ciue Sulmonense:

Huic domus, & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus & una
Nomine Rheteo Solymus. Nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proauo, qui sceptra secutus
Aeneae, CLARAM muris fundauerat VRBEM,
Ex se se dictam Solymon, celebrata colonis:
Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.

Ex quo, si Ouidium & Silium sequimur, colligimus Sulmonem conditum esse ante Vrbem Romam annos circiter CCCC. Accipio enim Romam originem duxisse a Troianis, ut indicat Sallustius, ac nonnulli alii auctores.

De

De Sulmone, deq. eius situ, quem nunc quoque plane refert, ita Poeta noster:

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem sidere fundat,
Et micet Icarij stella proterua canis:
Arua pererrantur Peligna liquentibus undis,
Et uiret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax Cerere, multoq. feracior uuis,
Dat quoque baciferam Pallada rarus ager.
Perq. resurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cespes obumbrat humum.

Positus autem est Sulmo in medio fere planiciei duodecim lapidum: atque inter duos amnes, quorum alter ab Apennino, alter uero a Maiella, ut nunc loquimur, omnium nostrorum montium altissimo, exit. L. Florus de bello Mariano sic de Sulmone litteris consignauit. Positis, inquit, singulorum hominum fere poenis, Municipia Italiae splendidissima sub hasta uenierunt. Spoletum, Interamna, Praeneste, Fluentia. Nam Sulmonem, uetus opidum, socium atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum, ut obsides iure belli modo, & morte damnari duci iubentur, sic damnatam ciuitatem iussit Sulla deleri. Atque hoc forte est, quod ait Poeta noster II. Trist. dolens se res gestas Romanorum, & Patriae non conscripsisse:

Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est Patriae facta referre labor.

Possumus praeterea coniicere Poetam nostrum eo carmine etiam significare uoluisse, quod recenset Caesar initio lib. I. de bello Ciuili. Vbi ita est: Interim Caesari nunciatur, Sulmonenses, quod opidum a Corfinio septem millium interuallo abest, cupere ea facere, quae uellet: sed a Q. Lucretio Senatore, & Attio prohiberi, qui id opidum septem cohortium praesidio tenebant. Mittit eo M. Antonium cum legionis octauae cohortibus quinque; Sulmonenses simulatq. nostra signa uiderunt, portas aperuerunt, uniuersiq. & opidani & milites obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Attius de muro

se

se deiecerunt. Quare autem Ciues nostri id fecerint: Ratio est; quia Caesar Marii secutus est partes: Pompeius uero Sullae. qui quidem Sulla, ut superius cognouimus, Sulmonem deleri ac diruit iusserat. Ideoq. a Caesare stare uoluerunt. M. Tullius Cicero lib. IIX. ad Atticum hanc rem paullo aliter narrat. Sulmone, inquit, C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque, Q. Lucretium inde effugisse suis, Cnaeum ire Brundisium desertum. confecta res est. Attamen magis Caesari, qui rebus gerendis praeerat, quam absenti Ciceroni, cui, id ut ab aliis intelligeret, necesse erat, credendum esse arbitror. Aliud, quod ad uersum illum referre possim, non memini me legisse. Nisi forte id, quod Polybius lib. III. & Liuius lib. XXII. de Pelignis scribunt, qui ab Hannibale deuastati sunt, quo tempore Sulmonem quoq. ipsum aliquid cladis, & iacturae accepisse, qui iudicio pollet, facile sibi persuadebit. De Sulmone etiam idem Liuius lib. XXVI. Strabo lib. V. & Ptolemaeus lib. III. cap. I. meminerunt. Habuit haec nostra Vrbs inter alios uiros claros, Innocentium VII. PONTIFICEM. MAX. Haec sunt, Antistes Amplissime, quae de patria nunc mihi in mentem uenerunt. Quae loco grati animi erga te plane singularis mei accipies. Hoc tibi gratius ac iucundius, quod a me nunc ad te mittatur, esse nihil posse sum arbitratus. Qui tum coram, cum etiam litteris ad me amantissime scriptis, non Episcopi modo, sed patris prope beneuolentiam, quae tua summa est humanitas, mihi ostendisti. Hoc idem te M. Antonio fratri & uerbis & re ostendisse, ipse quãplurimis ad me litteris perscripsit. Quo quid optabilius, amabiliusq. ac denique quid antiquius atui similibus potest exspectari? His uero temporibus nostrae Vrbi a summo Pontifice, PIO. V. qui & re & nomine ueteres illos Pontifices imitatur, nemo aptior, ac melior, quam tu, praeponi & praefici poterat. Qui tuo diligenti studio, atq. incredibili sedulitate, in ipsa curanda ueri Pastoris officio fungeris. Ac, quod paucissimi Episcopi faciunt, frequentissimis & sanctissimis concionibus, populum, fidei tuae commissum, ad uitae & religionis integritatem

co-

cohortaris. Interim quaeso obtestorq. te, ut perstes in eadem, quam usque huc & fratri & mihi ostendisti, uoluntate. Nos uero ambo, quando tua caussa aliud nihil possumus, pro tua incolumitate perpetuo uota faciemus, Vale, & a me Vespasiano Rodolphino, tuorum consiliorum participi, nisi graue est, salutem plurimam. Ex Vrbe. Non. Februarij CIↃ IↃ LXXII.

Marcellus Lantes.

Hic natale solum descripsit origine prima
Paucis, & genuit quidquid id eximium.

Digitized by Google

AVCTORVM. VETERVM
qui de Ouidio locuti sunt, Testimonia.

Statius lib. 1. Siluarum inter optimos quosque Poetas Ouidium recenset. Cuius haec sunt;

hunc ipse choro plaudente, Philetas,
Callimachusq. senex, Vmbroq. Propertius antro,
Ambissent celebrare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis, diuesq. foco lucente Tibullus. Et 11.
Cedet Musa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucreti.
Et qui per freta duxit Argonautas.
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin maius loquor, ipsa te Latinis
Aeneis uenerabitur canentem.

Martialis lib. 1. Epigrammaton.

Verona docti syllabas amat uatis,
Marone felix Mantua est.
Censetur Apona Liuio suo tellus,
Stellaq., nec Flacco minus,
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,
Nasone Peligni sonant. Et V. ad Sextum.
Si nihil hinc ueniet, pangentur carmina nobis
Audieris, dices esse Maronis opus.
Insanis, omnes gelidis quicumque lacernis
Sunt tibi, Nasonis, Virgiliosq. uides.

Et IIX. ad Instantium.

Instanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec niuea simplicitate prior.
Si dare uis nostrae uires, animosq. Thaliae,
Et uictura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te uatem fecit lasciue Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli,
Lesbia dictauit docte Catulle tibi.
Non me Pelignus, nec spernit Mantua Vatem,
Siqua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

Ex Statio, & Martiale, qui de Latinis Poetis hisce uersibus locuti sunt, liquido uidetur constare Ouidium inter alios Latinos Poetas secundum locũ tenere. Nã simul cũ

Vigilio

Virgilio ipsum, tamquam, ut cum clarissimo literarum lumine, M. A. Mureto sentio, ab eo secundum collocarunt. Quod & ipse Ouidius non est ueritus dicerere;

Tantum se nobis elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet Epos.

De hoc opere ita Lactantius Firmianus lib. I. de falsa religione: Ouidius quoque in principio praeclari operis sine ulla nominis dissimulatione a Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem uocat, mundum fatetur instructum. Et lib. II. Quod optime ingeniosus Poeta signauit.

Cornelius Tacitus in dialogo de Orat.

Nec ullus Asinij, aut Messallae liber tã illustris est, quã Medea Ouidij, aut Varij Thyestes. Quinctil. lib. x.

Ouidij Medea uidetur mihi ostendere, quantum uir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere, maluisset.

Seneca lib. III. nat. quaestionum Ouidium poetarum ingeniosissimum uocat.

Angeli Politiani de Ouidij exsilio, & morte, Elegia;

Et iacet Euxinis Vates Romanus in oris.
Romanum Vatem barbara terra tegit.
Terra tegit Vatem, teneros qui lusit amores
Barbara: quam gelidis alluit Ister aquis.
Nec te Roma pudet: quae tanto immitis alumno
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquis Io Musae Scythicis in finibus aegro
Taedia qui morbi demeret, ullus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus?
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora uenae,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media iam morte natantes:
Aut legeret summam qui pius ore animam?
Nullus erat: nullus. Veteres tu dura sodales
Heu procul a Ponto Martia Roma tenes.
Nullus erat procul ha coniux, paruiq. nepotes:
Nec fuerat profugum nata secuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flauiq. Coralli,
Aut nos pelliti saxea corda Getae:

Scilicet immanes Bessi, flauiq. Coralli,
Aut nos pelliti saxea corda Getae:
Scilicet horribili dederit solamina uultu
Sarmata ab epoto saepe uehendus equo:
Sarmata, cui rigidam demisso in lumina frontem
Mota pruinoso tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi exstinctum, & fleuere Coralli,
Sarmataq. & durus contudit ora Getes.
Exstinctum & montes flebant, & silua, feraeque:
Et flexe in mediis dicitur Ister aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum
Nereidum lacrimis intepuisse ferunt.
Accurrere leues Paphia cum matre uolucres:
Arsuroq. faces supposuere rogo.
Quem simul absumpsit rapidae uiolentia flammae;
Relliquias tecto composuere cado.
Impositumq. breui signarunt carmine saxum:
Qui iacet hic, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum late sancto Cytherea liquore
Irrorat niuea terque, quaterq. manu.
Vos quoque Pierides Vati libastis adempto
Carmina, sed nostro non referenda sono.

De eodem Iulii Caesaris Scaligeri epigramma, loquitur Ouidius ipse ad Augustum.

A me utinam inciperes ferus esse cruente: nec atras
Per caedes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te mouit tetricum lasciua iuuentus;
Te iuuenem damnas perditus: exsul abi.
Impia flagitiis squalent penetralia diris:
Damnati superant nomina foeda Rei.
Non te diuinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.
Lactea molliuit Veteres mea uena Poetas:
Et rerum docuit pondera certa nouos.
Cum te laudarem; tunc sum mentitus. ob unum hoc
Exsilii fueras debita poena mihi.

Ouidius, ut ex Caecilio Minuciano Appuleio retulit Ludouicus Coelius Rhodiginus, annis septem in exsilio consũptis, Kal. Ian. obiit: qua die Titus quoq. Liuius decessit.

DOMINICI. RANALLI. RADIANEN.
De Herculis Ciofani in Ouidium emendatione, Tetrastichon

Alcides quondam crudelia monstra subegit,
Quae male uexarant aequora, rura, uiros.
Nunc nouus exoriens Nasonis menda libello
Abstulit, ad priscam restituitq. fidem.

ALIVD. MICHAELIS. LANTIS
Patricij Romani, Iuris studiosi.

Hic ope librorum ueterum Nasonis amoenos
Correxit uersus Inclyte Sulmo tui.
Ciuis uterque tuus; longe at praestantior ille,
Hic certe haud minuit nomina magna tua.

ALIVD. ARGVTII. CIOFANI
Agnati, Iuris studiosi.

Quem cernis, librum Nasonis candide lector,
Purgauit mendis Ciofanus innumeris.
Hic genus antiqui ducit Sulmonis ab Vrbe,
Profuit & Vati sedulitate suo.

IO. FRANCISCI. FERRARII
Mutinensis, ciuis R.

Dicitur Augeae stabulum purgasse refertum
Sordibus innumeris Amphitryonides.
At nouus Alcides, patriae noua gloria, Vati
Peligno priscum reddidit ipse decus.
Nasoni debes, culte quod scripserit, idem
Ciofano mendas Sulmo quod abstulerit.

IACOBI

IACOBI. GVERRERII. CEPHALVDENSIS

Haec modo quae uoluis, summi sunt carmina Vatis,
In non credendos corpora uersa modos:
Non ea, quae quondam fuerant, sed qualia scriptor
Si correxisset, Lector amice, puta.
Quis dedit hoc munus? clari Sulmonis alumnus,
Lucem nonnullis attulit atque locis.

Digitized by Google

CIOFANVS. LECTORI. S.

LIBRI, *quibus in Ouidij nostri, Poetae lepidissimi ac doctissimi, Metamorphosi emendanda usus sum, quorum sint, et a quibus eos commodato acceperim, paucis te commonefaciendum putaui. Scias igitur, cum in Patria essem, sex manuscriptos libros me euoluisse. Quorum unus fuit Francisci Sanaei, uiri omnium humanissimi: quem ille, antequam e uita excederet, Ascanij Lucini opera mihi perbenigne commodauerat. Alius est sodalium Dominicanorum, cuius copiam mibi fecit F. Lucas Perusinus, egregius concionator. Accesserunt alij duo, qui aßeruantur in Bibliotheca S. Spiritus, principis Caelestinorum Coenobij. Quorum copia mihi facta est a F. Angelo Epirio. Sunt & duo alij mei, qui omnium, quos mihi uidere contigit, antiquissimi ac praestantissimi uidentur. Postea uero, cum ad Vrbem me contulissem, ut uiros doctissimos, qui hic sunt, & in primis Manutium, et Muretum, in quorum amicitiam per litteras iam admissus eram, uiserem, atq. eorum consuetudine meo arbitratu fruerer, percurri multis in locis octo alios, qui sunt in Bibliotheca Summi Pontificis, quae uigesimo abhinc anno commissa est fidei ac diligentiae, uiri optimi, atque in liberalium disciplinarum cognitione non parũ uersati, Federici Ranalli. Quem alucinatus D. Lambinus in suis in Horatium commentarijs Federicũ Bruttium uocat. Is atq. eius frater Marinus, iuuenis & honestus & eruditus, non solum mihi ad eam, quoties uolui, aditum dederunt, sed me in ijs quoque libris conse-*

conferendis maximopere adiuuarunt. Contuli etiam nonnullis in locis alium Fuluij Vrsini, uiri omni uirtutum genere ornatissimi. Postremo, cum hic labor ad finem iam perductus esset, aliorum duorum magna mihi potestas facta est a Mario Maffeo, Patricio R. homineq. integerrimo, atque ingenuis omnibus disciplinis exculto: cuius domus ut bonas artes olim amauit semper, ac pro uirili parte aluit, ita nunc & ipse, eiusq. frater M. Antonius Cardinalis amplissimus, doctissimusq. eas amplexantur ac fouent. Sed est cur sane plurimum debeam uiro optimo, ac pereruditо Petro Testae, qui eos in Maffeiana Bibliotheca esse iam dixerat. Quae quidem caussa fuit, ut ab eodem Mario illos commodato postularem. Adhaec, quia controuersiam inter eruditos maximam esse non ignoro, an opus hoc Metamorphoseos, an Metamorphoseon inscribatur, uisum est opinionem meam tibi aperire. Ego quotquot uetustos libros uidi, in his omnibus (uno excepto Vaticano, in quo legitur Metamorphoseon, qui omnium, qui in eadem Bibliotheca asseruentur, recentissimus est: nam Pij II aut III tempore descriptum esse constat) Metamorphoseos numero singulari esse animaduerti. Quam inscriptionem, accedente praesertim Quinctiliani testimonio, placuit retinere. Nunc Ouidio ipso, quem, ut spero emendatiorem, quam antea umquam, in lucem emitto, fruere. Vale.

HERCVLIS·CIOFANI
SVLMONENSIS
IN.P.OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. I

Obſeruationes.



ON ab re duxi ſeruare praeceptū noſtri Poetae, qui, ad amicum ſcribens, hos ſex uerſus, ſi lectori placuerit, in huius uoluminis fronte praeponendos eſſe modeſte ſignificauit: quib. opus, ſiquid in eo eſt, quod doctorū hominum aures offendat, cum non emendauerit, excuſat hoc modo:

Orba parente ſuo quicumque uolumina tangis,
His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.
Quoque magis faueas, non ſunt haec edita ab illo,
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quidquid in his igitur uitij rude carmen habebit,
Emendaturus, ſi licuiſſet, eram.

IN NOVA fert animus &c.] Mos eſt Poetarum non Epicorum ſolum, proponere, inuocare, ac narrare; ſed illorum quoque, qui elegiacis uerſibus conſcripſerunt, ut uidere licet in Faſtis Ouidij. Ac praeterea Statius, qui, cū lyrico carmine uellet ludere, Pindarum Poetam, qui in hoc carminis genere uiguit, inuocauit. Ait enim:

Tuque regnator Lyricae cohortis,
Da noui paullum mihi iura plectri,
Si tuas cantu Latio ſacraui
Pindare Thebas.

Sciendum etiam eſt, a Poetis non tantum Deos, Muſaſue, &, ut dixi, Poetas inuocari ſolitos fuiſſe, ſed Principes quoque, ac magnos uiros, ad quos opus mittebant: ut ex Ouidio in eo, quod proxime nominaui, uolumine,

A   & ex

& ex Manilio perspicue patet. *-fert animus*] Ita Lucanus:

Fert animus caussas tantarum expromere rerum.

- mutatas formas] Hic formas mutatas dicit: at alibi corpora ipsa mutata in formas. Eius uerba sunt:

Dictaque sunt nobis, quamuis manus ultima coepto
Defuit, in facies corpora uersa nouas.

- mutatas formas &c. Fallitur Regius, qui ait hoc dictum esse per Hypallagen. *-primaq. ab origine mundi*] sic & alibi:

Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi
In tua deduxi tempora Caesar opus.

Virgilius lib. II. Georg.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim.

Lucretius lib. III.

Implexis ita principijs ab origine prima
Inter se fiunt consorti praedita uita. Et V.
Sed pariter prima concepta ab origine mundi.

Ibidem:

Atque ita res mundi cecidere ab origine prima.

Propertius lib. III.

Nunc tibi, si qua tenes ab origine dicere prima
Incipiam. Lucanus:
At simul a prima descendit origine mundi
Caussarum series: atque omnia fata laborant.

Vnus erat toto naturae uultus in orbe,] De hoc alibi:

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:
Vnaq. erat facies sidera, terra, fretum.
Mox caelũ impositum est terris, humus aequore cincta est.
Inq. suas partes cessit inane chaos.

Nullus] i. non. *- reparabat cornua Phoebe:*] In lib. Abbatis legitur non *Reparabat*, sed *Renouabat*, Vtrumque recte. Siquidem hanc Tibullus comprobat lectionem:

Centum fecundos Titan renouauerat annos. Nihil tamen muto. *- reparabat cornua Phoebe:* Hoc idem alibi significauit hisce uerbis:

Luna resumebat decimo noua lumina motu.

Nec circumfuso pendebat in aere tellus] Eodem prope modo

do loquitur poetarum cultissimus Tibullus:

Nam circumfuso consistit in aere tellus.

M. Tullius lib.2. de Nat.Deorum: *Terra circumfusa hac innabili natura cui nomē est aer*: Qua de re ipse alibi sic ait:

Terra pilae similis nullo fulcimine nixa,
Aere subiecto tam graue pendet onus.
Ipsa uolubilitas libratum sustinet orbem,
Quiq. premat partes angulus omnis habet.
Cumq. sit in medio rerum regione locata,
Et tangat nullum plusue, minusue latus:
Ni connexa foret, parti uicinior esset,
Nec medium terrae mundus haberet onus.

Ponderibus librata suis,] Ita loquitur eloquentissimus Cicero lib.v.Tusc.disput. *Inde,* inquit, *est indagatio nata initiorum, & tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta: Quaeque cuius generis uel inanimi, uel animati, uel muti, uel loquentis origo, quae uita, quis interitus: quaeque ex alio in aliud uicissitudo, atque mutatio; unde terra, & quibus librata ponderibus; quibus cauernis maria sustineātur,* & quæ sequuntur. Et Liuius lib.VII. *Omnia librata ponderibus fingerentur.* *Quaque erat & tellus, illic &c.*] Obertus Gifanius, uir in primis eruditus, qui hanc damnat lectionem, errat. lib.IV. eleg.VII Trist.

Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est.
Qua maris Euxini terra sinistra iacet.

Qua autem valet qua in parte. Sic & Liuius lib.IV. *Anxur fuit, qua nunc Tarracinae sunt, urbs prona in paludes.* Sallustius, citat Nonius: *Cis Rhenum, atque inter mare nostrum, & Oceanum, nisi qua fuit paludibus inuia, perdomita.*

Hanc deus, & melior litem Natura diremit.] Quae ab Ouidio dicitur melior Natura? Laertius Carosus Medicus ex Anatrice, uir tum iudicio singulari, tum ingenio praestanti, a me interrogatus ita respondit. Duplex est natura, ut docet Peripateticorum princeps Aristoteles 2 physic. Materia & forma, ex quibus omnia naturalia componuntur: Forma uero cum sit actus & perfectio rei; & materia sit potentia, atque actus ipse simpliciter sit perfectior potentia: Ideo forma est magis natura, & perfectior, quam materia: licet ambae ad naturalium re

rum compositionem tamquã caussae concurrant. Igitur per meliorem naturam, formam, quae perfectior & melior est natura, quam materia, physice locum explanans intelligo. Haec uir ille insigniter eruditus: quae mihi probãtur maxime. *Ignea conuexi uis &c.*] De hoc more suo luculenter alibi:

Lucidus hic aer, & quae tria corpora restant,
Ignis, aqua, & tellus unus aceruus erat.
Vt semel haec rerum secessit lite suarum,
Inq; nouas abijt massa soluta domos:
Altum flamma petit: proprior locus aere cepit.
Sederunt medio terra fretumque loco. Et:
Post Chaos, ut primum data sunt tria corpora mundo,
Inque nouas species omne recessit opus:
Pondere terra suo subsedit, & aequora traxit,
At caelum leuitas in loca summa tulit.

-elementaq. grandia traxit,] Hunc locum aemulatus est Claudianus lib. I. de raptu Proserp. *In medium grauiora cadunt.* Vbi ita ait Ianus Parrhasius: Thales Milesius orbem terrarum medium statuit: ignem Philolaus, quod is omnium auctor exstiterit. Thaletem sequitur, & Ouidium Claudianus. Ouidius: *Densior his tellus elementaq. grandia traxit, Et pressa est grauitate sui.* Nã quae *grauiora* Claud. appellat, *elementa grandia* dixit Ouidius. Vtrumque significat illa corpora, quae maxime bruta sunt, & ad terrae naturam quam proxime accedunt. *-circumfluus humor Vltima possedit. Vltima:* extima. sic lib. v. de Mauritania loquens. *-ultima tellus rege sub hoc, & pontus erat.* & Catul. eodem sensu dixit *Vltima Britannia. -& ambitae circumdare litora terrae.*] Liber Caelest. *Brachia terrae. Fronde syluas,*] libri scripti omnes Siluas per i latinũ. rectius. *Cura Dei,*] Deus ipse. more graeco. Sic lib. I Fast. *Haec igitur uidit trabeati cura Quirini, Cum sua quisque regat. Regat.* Id est, cohibeat. Ita in iure: *Actio finium regendorum. Eurus ad Auroram Nabathaeaq. regna recessit,*] Hũc locum imitatus est Seneca, qui maximus fuit Ouidij imitator. Eius uerba sunt in Thyeste: *Eurus ad Orientem mouet Nabathaeaq. quatiens regna, & Eoos sinus. Vix ita limitibus discreuerat omnia tellus.*] Ita est in impressis

pressis omnibus. In uno Vatic. *Discepserat:* Ast in aliis scriptis omnibus, *Discerpserat.* Quod uerius ac germanius arbitror. Valet enim *Discerpere*, distrahere, & in partes diuidere. Catul. in nup. Pel. & Thet.

Quae cuncta aerij discerpunt irrita uenti.

M. Tullius lib. I. Tusc. *Quod cum ita sit, certe nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest. Sidera coeperunt toto fulgescere caelo.*] Sic quidem nunc uulgo legitur & imprimitur. In antiquis uero omnibus aperte est, & *Feruescere*, & *Efferuescere*. Vnde existimo emanasse *Fulgescere*, eius uerbi expositio. Eruditus uir Aldus senior edidit, *Efferuescere.* Quare non dubium est, quin *Efferuescere*, quo modo est in antiquioribus, uera & germana sit lectio. Apposite enim ad stellas, quae & ignes a Poetis dicũtur, referri potest. Qua de re admonuit me iampridem uir optimus, & orator excellens, M. Antonius Muretus, cum ab eo hoc ipsum peterem. Confirmat & hanc lectionem Germanicus hoc uersu:

Aestifer est pandens feruentia sidera Cancer.

Astra tenent caeleste solum,] sic prope non ignobilis quidam Poeta ludens:

Astra tenet caelum, mare classes, arca messem.

Citat Quinctilianus lib. IX. cap. IV. *Cesserunt nitidis habitandae piscibus undae:*] De hoc alibi:

Silua feras, aer uolucres accepit habendas;
In liquida pisces delituistis aqua.

caelumq. uidere Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.] Hoc a tam multis celebratum Galenus deridet. *Aurea prima sata est aetas, quae uindice nullo, & reliqua*] Ad hunc forte locum respexit Seneca in Hippolyto, ubi ita est: *Hoc equidem reor uixisse ritu: prima quos mistos Deis profudit aetas: Nullus his auri fuit caecus cupido: nullus in campo sacer diuisit agros arbiter populis lapis: nondum secabant credulae pontum rates: sua quisque norat maria: non vasto aggere, crebraq. turre cinxerat urbes lacus: non arma saeua miles apta l ui manu: nec torto clausas fregerat saxo graui ballista portas: iussa: nec dominum pati iuncto ferebat terra seruitium boue: sed arua per se feta possentes nihil pauere gentes: siluae natiuas opes; & opaca dederant antra natiuas domos.* De aetatibus

scribit etiam multa Germanicus, multa etiam Hesiodus in opere, quod inscribitur ἔργα καὶ ἡμέρα. *per se dabat omnia tellus:*] Vnde haec opinio emanauerit, ostendit Tyrus Maximus hisce uerbis ab aliis latine redditis: Viuebant autem scilicet(qualem uictum adamabat, ut aiunt, Epicurus)primi homines glandibus, & piris agrestibus. Atque iccirco fama est, tum terram fructus tulisse sponte sua uenientes: quia nihil eis opus erat agri cultura, aut labore rustico, cum uictu uterentur sua sponte nato. *Arbuteos fetus.*] Hi fructus Romae Italico sermone dicũtur *Cerase marine*: suntque rubicundi. De quo in x huius operis: *Pomaq. onerata rubenti Arbutus. tellus inarata*] Horatius: *Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis.*

Flauaq. de uiridi stillabant ilice mella] Alibi:

At meliora dabat curuo sine uomere fruges,
Pomaque, & in quercu mella reperta caua.

Tibul.lib.I.eleg.III.

Ipsae mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obuia securis ubera lactis oues.

Claud.lib.2.de raptu:

Ilex plena fauis.

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,] Errat Regius hoc loco, qui, *Saturno misso in Tartara,* mortuo interpretatur. Historia, siue fabula est apud Lactantium lib.I de falsa religione cap. XIV. *-subijtq. argentea proles,*] Libri ueteres, *Subijt,* sine *Que* rectius. *Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt.*] De hoc alibi:

Tum genus humanum solis errabat in agris:
Hisq. merae uires, & rude corpus erat.
Silua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes,
Iamq. diu nulli cognitus alter erat.

Semina tum primum longis Cerealia sulcis Obruta sunt &c.] Alibi idem docet:

Nunc opto currum, de quo Cerealia primum
Semina uenerunt in rude missa solum.

-signauit limite mensor.] In tribus Vatic. & Abbatis libris est, *Limite fossor.* Quomodo locutus est III eleg.

Signabat nullo limite fossor humum.

-sed itum est in uiscera terrae:] Statius lib. IIX. *-dum per*

caua uiscera terrae Vado diu pendens. Columella:

Tu penitus clathris eradere uiscera matris
Ne dubita. Claud. - *trepidae quis uiscera terrae*
Commoueat motus?

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.] Non dissimilis est locus Senecae in Octauia: *Atque auri fames totum per orbem exorsum est malum. Non socer a genero fratrum quoque gratia rara est.*] Quē modo citaui, Seneca in Hippolyto:

Tum scelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas,
A fratre frater, dextera nati parens
Cecidit: maritus coniugis ferro iacet:
Perimuntq. fetus impiae matres suos.

Fratrum quoque gratia rara est: Sic Terent. in Hecyra: *Neque alio pacto potest componi inter eas gratia.*
Victa iacet pietas:] *Pietas est,* inquit M. Tullius extremo lib. I de nat. Deor. *iustitia aduersum Deos. Vltima caelestum terras Astraea reliquit.*] Hac de re lib. I. Fast.

Nondum iustitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de superis illa reliquit humum.

Seneca in Octauia: *Neglecta terras fugit, & mores feros*
Hominum cruenta caede pollutas manus
Astraea Virgo, siderum magnum decus.

Affectasse ferunt regnum caeleste Gigantes,]De hoc more suo copiose lib. III & V Fast. & II eleg. *Affectasse regnum:* idest, anxie, & summo cum desiderio quaesiisse. Liuius non longe a fine lib. I. *Neque ea res Tarquinio affectandi regni minuit.* Curtius lib. IV. *Nam cum regnum affectaret proditio, qua sola id assequi poterat, timebatur. Foeda Lycaoniae referens conuiuia mensae*] Ita uet. libri. Quidam impressi, *Conuiuia cenae.* Illud magis placet. Hunc paene uersum repetit in Ibide:

Foeda Lycaoniae repetes conuiuia mensae,
Tentabisq. iterum fallere fraude Iouem.

Cōciliumq. uocat:]Sic Virg. VI. *Ille silentum Conciliumq. uocat.* Caesar lib. I. de bello Gallico: *Haec cum animaduertisset Caesar, conuocato concilio, omnium ordinum ad id conciliū adhibitis centurionibus, uehementer eos incusauit. Est uia sublimis caelo manifesta sereno Lactea nomen habet, candore no-*

re notabilis ipso:] De lacteo circulo uariae sunt priscorum opiniones: omitto, quae diligenter & erudite collegit Macrobius lib. I. in Somnium Scipionis cap. xv. Aliqui dixerunt lacteum circulum splendorem cepisse ex lacte, quod Hercules, cum satis superq. ex Iunonis mamma hausisset, totum continere non potuit, inter sidera fusum esse; ex quo fulgor natus est. Aristoteles uero memoriae prodidit e stellarum splendore candorem illum emanare. Vtramque opinionem complexus est Manilius lib. I. Astronom.

Nec mihi celanda est fama uulgata uetustas,
Mollior e niueo lactis fluxisse liquorem
Pectore reginae diuum, caelumq; colore
Infecisse suo: quapropter lacteus orbis
Dicitur, & nomen caussa descendit ab ipsa.
An maior densa stellarum turba corona
Contexit flammas, & crasso lumine candet:
Et fulgore nitet collato clarior orbis.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile uulnus Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.] Hunc locum erudite & eleganter explicat totius Europae lumen, M. A. Muretus, declarans illud in II orat. in Catil. *Quae sanari poterunt, quacumque ratione sanabo: quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.* Vbi etiã affert alterum locum, qui est in IIX in Antonium, qui hic quoque mirifice conuenit. *Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, Et Nymphae, Satyrique*] Sic male legitur in uno Maffei. Tres lib. Vaticani, alter Maffei, aliiq. uet. habent, *Sunt rustica numina Nymphae, Fauniq., Satyriq. &c.* Omnino rectius. Ansa autem, ut mutaretur, fuit, quia nesciebant, *Que* coniunctio interdum produci, praesertim uero cum geminata inuenitur. Sic legendum est sub principiũ lib. seq. *Terra uiros, urbesq. gerit, siluasq., ferasq.*

Fluminaque, Nymphasque, & cetera lumina ruris.

Praeterea eodem illo ordine loquitur VI Fast.

Conuocat & satyros, & rustica numina, Nymphas.

Quos autem hic appellat *Semideos*, in Ibide *Superorum plebem, ac semideum genus:*

Vos quoque plebs superum, Fauni, Satyrique, Laresque,

Flu-

Fluminaque & Nymphas, semideumq. genus,

dignamur honore,] Sic II de Ponto.

Nam quid erit, quare solito dignamur honore
Numina, si demas uelle iuuare deos?

Et III. *- neque enim dignabere numen honore.*

Confremuere omnes:] Libri mei, Ab. Dominic. & unus Vatic. *Cõtremuere.-Augustie tuorum*] Vet. libri. *Tuorum est.* Augustus unde dictus, consule Suetonium in Octauio cap. lxx. Augustus natus est consule Cicerone. C. Velleius Paterculus libro posteriore. *Murmura compressit,*] In quibusdam uulgaris legitur, *Indiciumq. dedit.* Quod abest a manuscriptis. In duobus meis est, *Suppressit fremitus.* In uno Vatic. *Murmura suppressit. In dominum dignos &c.*] In uno meo legitur, *In domino dignos.* Melius. Vt sit sensus & ordo: Euerti tecta in penates dignos dominô. *-ab ipso Colligit*] In eodem meo, *Ab illo. Vtitur in pecudes,*] Vnus Vatic. & Dominic. *Vertitur in pecudes.* Atq. ita nunc imprimi uideo. Sed perperam. Receptam lectionem tum optimi quique uet. libri, tum Caesar lib. II de bel. Gal. confirmat. Eius uerba sunt: *Petere non solum Bellouacos, sed etiam pro his Aeduos, ut sua clementia, & mansuetudine in eos utatur.* Et Liuius lib. xl. *Ille diu ante praeparata, meditata in me oratione est usus. -sic stat sententia.*] Ita decretum est. Terent. in Eunucho. Par. *Hui uniuersum triduum? uide, quid agas.* Phaed. *Stat sententia.* Liuius lib. XXXIV. *Stat sententia non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae. -stimulosq. frementi*] Ita uet. lib. In quibusdam excusis male est, *Furenti. -et mundi moles operosa laboret.*] In uno meo, & uno Maffei, *Moles obsessa. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum:*] Hunc paene uersum usurpauit Claudianus:

Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater?

Vtq. manu late.] In uno meo, *Manu lata. Nuncia Iunonis*] Irim esse Iunonis nunciam, docet ipse lib. XIV huius op. *Flebat ut amissum coniux, cum regia Iuno Irim ad Hersiliã descendere limite curuo Imperat &c.* Et Virg. lib. IX. *Irim de caelo misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum. -auxiliaribus undis.*] Infra dixit eodem modo *Auxiliare carmen.*

men, & alia. Caesar etiam lib. I de bel. ciuili *Auxiliares cohortes*. Vbi ita ait: *Itaque duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdae praesidio relictis, omnibus copijs Sicorim transeunt, & cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant, castra coniungunt*. M. uero Tullius *Auxiliariam cohortem*. *-uires effundite uestras:*] Ad hunc locum respexisse uidetur Lucanus. *-totas effundite uires*. *-sic fors tulit*] lege, *Sic fors tulit:* probantibus id antiquiore, & praeclariore libro meo, Caelest. & alijs aliquot. οὐ οὕτος ἔτυχε. *Nat lupus inter oues:*] Si hoc loco Poeta noster est reprehendendus, non secus uidetur improbādus Seneca in Hercule Oeteo. Cuius haec sunt:

Iustaq. impauidum pecus
Sedit Marmaricum leo,
Nec damae trepidant lupos.

Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus,] Parnasi uertices Herodotus lib. IIX Tithorea, & Hyampeum uocat.

Cum consorte tori] Infra lib. IIX. appellauit *Sociam tori*. & X. cum id uellet significare. Et Seneca in Hipp. *O socia thalami*. Et in Thyeste: *Nunc, facinus ingens ausus, assumpta in scelus consorte nostri perfidus thalami auehit*. *Corycidas Nymphas*] Corycidas dicit, a Corycio antro, cuius meminerūt Strabo libro IX. & quem modo citaui, Herodotus in Vrania. *-reuerentior ulla deorum*.] In uno meo & duob. Vatic. *Vlla Dearum*. In utroque Maffei aperte legitur, *Metuentior ulla Dearum. Et superesse uirum de tot modo millibus unum, Et superesse uidet de tot modo millibus unam*] Lege, ut est in duob. Vatic. uno meo, atque uno Caelest.

Et superesse uidet de tot modo millibus unum,
Et superesse uidet &c. Erit enim lepidius, dignumque nostro Poeta: & pulcherrima repetitio. *-caua buccina sumitur illi*] Eodem modo Virg. VI dixit *Cauam concham*. *-quae in medio concepit*] In uno Vatic. non est *In* praepositio. *Omnibus audita est telluris & aequoris undis:*] Ita purissimus scriptor Lucretius lib. V.

Nec soli, terraeque, nec altis aequoris undis.

-quem postquam uidit apertum,] Ita in omnibus, quibus usus sum, libris manuscrip. In uulgatis est: Vidit inane.

-lacry-

Lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:] In uet. legitur non *Obortis*, sed *Abortis* per primam uocalem. Ita quoque apud Virg. tribus in locis habent quinque uetusta exemplaria. Sed in optimo illo Romano, & Longobardico perpetuo est per O quartam uocalem. Verbum tamen *Lacrimis* in uet. omnib. scriptum est per i latinum. Quare a graeca lingua deduci non arbitror: sed latinum esse censeo. Hãc opinionem probari etiam scio uiris doctis, inter quos est Muretus, & Gifanius. Prisci autem illi, ut Ennius, Attius, Pacuuius, Lucilius, Plautus, ac similes alii, *lacrumis* per u scripserunt: quemadmodum etiã optumus, optume, maxumus, maxume, aliaque ad eundem modum. *Quis tibi Nunc animus.*] Ita in uno Vatic. In aliis. *Quid animi.* Quae lectio mihi uidetur lepidior, & concinnior. *-si te quoque pontus haberet, &c.*] Hoc est, si tu in mare decidisses, ac submersa esses: ego quoque, cuius in te amor summus est, in mare praecipitem me darem. Sic Virg. lib. 1 Aeneid. *Et te pater optime Teucrum Pontus habet Libyae. -uestigia sacrae*] In lib. Abbatis, uno Vatic. itemque uno meo, *Vestigia sanctae. Squallebant musco,*] In antiq. omnib. *Pallebant -mitissima rebus.*] Sic lib. scripti. Ast illi, qui praelo nunc subiiciuntur, habẽt: *Mitissima terris*. Superior est plenior. *Et uelate caput,*] Titinius Psaltria: *Manus lauite mulieris, & capita uelate.* Citat Nonius. *-resoluite uestes.*] Sic legitur in antiq. itaq. legendũ. nõ autem, ut nunc uulgo, *Reuoluite. Interea repetunt caecis obscura latebris.*] In uno meo, Vrsini & Caelest. *Caecisque. -ni si sit pro teste uetustas.*] Huc sane facit, quod scribit M. Tullius in Orat. *Habet autem ut in aetatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas: quae quidem apud me ipsum ualet plurimum. -faciem traxere uirorum:*] In uno Vatic. *Faciem cepere.* Atque ita mox loquitur: *Faciemque aliquam cepere morando. -& discors concordia.*] Hoc proprie de elementis dicitur. Sic Manilius lib. 1.

Frigida ne calidis desint, aut humida siccis,
Spiritus aut solidis, sitque haec discordia concors.

Horatius in epist.

Quid uelit, & possit rerum discordia concors.

Lucanus autem translate:

Tem-

Temporis Augusti mansit concordia discors.

-maxime Python] In trib. Vatic. meis, aliisque antiq. aperte est, non *Python*, sed *Phython*. quae scriptura Turnebo placuit. *Pythia perdomitae &c.* Hoc quoque loco uet. omnes habēt *Phythia*. *Sors ignara dedit,*] Libri mei, unus Vatic. duo Caelest. Dominic. & unus Maffei, *Fors ignara dedit.* Rectius. *-tumidum Phythona.*] *Tumidum*, opinor, dixit propter uenenū. *Irritare tua.*] In uno Caelest. & uno Maffei est, *Inflammare.* Eadē uarietas notata est ad marginē unius mei. *-& cuspide fulget acuta:*] In eodem Cael. *& figit cuspide acuta.* *-positos sine lege capillos.*] mox dicet, *Inornatos:* & alibi: *Male compositos, & nondum digestos.* *-nemora auia lustrat.*] In uno Vatic. itemque uno meo, *Nemorum auia lustrat.* Vtrumque recte. *Saepe pater dixit, generum mihi filia debes, Saepe pater dixit, debes mihi nata nepotes:*] Infra:

Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.

Da mihi perpetua genitor carissime, dixit, Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.] Non dubitat Muretus, quin Ouidius hoc loco Callimachum expresserit, apud quem Diana ipsa ita loquitur. Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄππα φυλάσσειν. *genitor carissime:* In uno Vatic. & utroq. meo, *Karissime* per K. Quemadmodum scriptum reperiri uidimus Romae, & in Patria in antiquis lapidibus. *Et quid si comantur,*] Ita uet. oēs lib. *Nympha precor Peneia mane:*] In uno meo: *Nympha mane Peneia precor.* *Hostes quaeque suos:*] Sic legitur in quattuor lib. scrip. Ast in uno Vatic. *Hostes quisque suos.* Terentius eodem modo in Eun. dixit *Quisquam* generis fem. *Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit.* Vide ibi Donatum. Eodem modo uetustissimi illi auctores dixerunt *Quisquis.* Liuius: *Mulier quisquis es, te uolumus.* Caecilius: *Quaeso igitur quisquis es mea mulier:* Pacuuius.

Quisquis tu es mulier, quae me insueto nuncupasti nomine. Ennius:

Et quisquis illaec est, quae lugubri succincta est stola?

Notauit haec Nonius.

Crura notent sentes,] Alter liber meus & Abb. *Crura secent.* *-moderantius, oro,*] In eodē meo & hic & in sequenti

car-

mine legitur: *Moderatius*. quam lectionẽ confirmat ipse lib. I Trist. *Nec solet irasci (nec enim moderatior alter),*

Cum quis in aduersis siquid amauit, amat.

Illa recte a participio deduci potest. *Inuentum medicinae meum est.*] Apollinem medicinae inuentorem fuisse, docuit etiam lib. III Fast.

Vos quoque Phoebea morbos qui pellitis arte.

Et IV Trist.

Si ualeant homines, ars tua Phoebe iacet.

Et alibi:

Carminis & medicae Phoebe repertor opis. Et:

Non ego, Phoebe, datas a te mihi mentiar artes.

Item Caesar lib. VI de bel. Gal. ex Equitum gentis cuiusdã Galliae, sententia refert. *Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis.*] In tribus Vatic. duob. meis & Dominic. legitur, *Sanabilis herbis*. At alibi fulcit priorem lectionem, quo loco hunc totum prope uersum dixerat:

Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis.

Sed altera neque est improbanda. In meo antiquiore & uno Maffei legitur, *Ei mihi*, sine adspiratione. Ita libro nono: *Ei mihi, quae male sum, quos tu, sortita parentes.* Sic enim sine ulla litura habet, quem proxime dixi, liber antiquior meus. Quo loco inscii ex *Ei* fecerũt *Et*. Sed hac de re plura infra. *-libro:*] hoc est, cortice. *in frondem crines,*] In uno meo, unoque Vatic. *In frondes crines*. Paullo rectius. *Est nemus Aemoniae.*] lib. uet. *Haemoniae*, cum adspiratione. *-& irrequietus Enipeus,*] In omnib. exemp. scrip. est *Enipheus* per φ. De quo ita Vibius Sequester de fluminibus. Enipheus e mõte Othry Thessaliae. sic enim est in Aldinis. Quam lectionem stabiliendam & confirmãdam duco. Propterea quod hac ipsa lectione & Virg. aliorumque Poetarum nonnulla loca simul corrigentur: quae, etsi forte leue est, aliter tamen legenda sunt, ac uulgo nunc leguntur. Virg. IV Georg.

Et caput, unde altus primum se rumpit Enipheus.

Quo loco uulgati libri habẽt *Enipeus*. Adstipulatur huic lectioni Virgilius Vaticanus, qui est exaratus litteris maiusculis, & Longobardicus, et unus satis uetus, quem habet materterae meae filius, Aloysius Gasparrius. In quinque

que aliis calamo notatis Vatic. eodem modo scriptum est. Pierius, uir summa doctrina, summaque industria et diligentia, in Obseruationib. quas in Virgilium edidit, testatus est, & in Romano, & in Longobardico legi, *Enipeus* absque h: sed in aliquot aliis esse *Enipheus* per φ. Hoc uerum non esse, pace eius dicam, animaduertet, quicumque eos euoluet. Itaque, ut dixi, in septem illis Vatic. aperte legitur *Enipheus* per φ. Inter quos est unus non minoris probitatis, quam ille, qui a Pierio Romanus dicitur: qui in Vatic. Bibliotheca in forulo quodam diligentissime asseruatur. *Enipheus* perpetuo est in Propertio, Lucano, et Claudiano, quos impressit Sebastianus Gryphius. Itemque perspicue legitur in uetustissimo quodã Lucano, quem Horatius Sardus, ciuis meus, claro loco natus, dono misit excellenti uirtute praedito, uiroq. optimo, M. Antonio Mureto. De hoc fluuio, deque eius cursu ac natura scribit Liuius lib. XLIV. *Eridanusque senex,*] Regius, ut omnes iam sciunt, ex *Eridanus* insulse fecerat *Apidanus*. Quare non iniuria ab aliis uiris doctis hoc loco reprehensus est. Hoc praeter Coelium Rhodiginum annotauit Bartholomaeus Merula. *Eridanus* aperte legitur in septemdecim manuscriptis libris: quos, si totos propter temporis angustias euoluere non potui, multis tamen in locis percurri. In uno Vatic. est expositio *leniter fluens,* super *Eridanusq. senex*. *Iuppiter illam,*] In eo, quem modo nominaui, libro, non *Illam,* sed *Io* legitur. De hac ipse alibi:

Dum nimium seruat custos Iunonius Io,
Ante suos annos occidit, illa Dea est.

Et rursus: *Scilicet ex illa Iunonia permanet ira,*
Quo bos ex homine est, ex boue facta Dea.

Hunc postremum uersum repetit v Fast. quo lectorem reiicio, si hoc plenius uolet cognoscere. *-sed qui caelestia magna*] In eodem Vatic. *Caelestia dextra - Lyrcea reliquerat arua,*] Sic in antiquis libris scriptum esse, alii litteris mandarunt. Ego nonnullos diligenter euolui, in quibus erat omnib. *Lycea,* uno Vatic. excepto, in quo legitur *Lithea*. Mihi adhuc, quo modo sit legendum, non liquet. Quare aliorum sit iudicium. *-qui suadeat illud:*] Opti-

ma quaeque exempl.manusc. non habent *Illud*, sed *Illinc*. *Inde suis uncibus.*] In uno Vatic. *Inq. suis.* Illam magis probo. -*& indigno circumdat uincula collo.*] In uno Vatic. *Brachia collo. Venit &c.*] Idem lib. *Fugit &c. -& ad patrias, ubi ludere saepe solebat Inachidas ripas:*] O. lib. calamo notati : *Ad ripas, ubi ludere saepe solebat Inachidas patrias*. Res non magni momenti. licet illa magis sonora, & concinna uideatur. -*seq. externata refugit.*] Libri uet. *Seseque exterrita fugit.*. *si modo uerba supersint*,] Plerique ueteres, *Verba sequantur*. quod non displicet. -*quam pes in puluere duxit*,] Duo Vatic. *In puluere fecit*. -*thalamos, taedasque parabam*,] In uno meo, *taedas, thalamosque*.. Paullo rectius. *Praeclusaque ianua leti*.] Sic Lucretius :

Haud igitur leti praeclusa est ianua menti.

Et Val. Flaccus lib.3. *Patet ollis ianua leti. Talia dicenti*.] Duo Vatic. Duo caeleſt. Domin. Ab. & unus meus, *Talia maerentem*. Rectius. Hoc quoque modo antea legebatur in altero item meo, in quo postea aliena manu, & atramento emendatum est, *Maerenti*. Haec etiam uarietas notata est ad marginem unius caeleſt. *Et posuit pennas.*] liber meus, *Deposuit. Detinuit sermone diem,*] Alio modo loquitur Plautus in Trinummo: *In huiusmodi negotio diem sermone terere, segnities merast.* Et alio Horat. *Noctem sermone extendere.* -*pinuq. caput praecinctus acuta.*] Alibi:

Cornigerumq. caput pinu praecinctus acuta.

-*& satyros eluserat ille sequentes,*] In eodem: *Et satyros illuserat. Effecisse sonum,*] Idem liber, *Perfecisse. Hoc mihi colloquium tecum, dixisse, manebit:*] Ita uulgati quidā libri. Alij ex eodem genere, *Consilium tecum*. Hoc etiam modo ueteres omnes, praeter unum meum, qui lōgam redolet antiquitatem. In eo igitur, & in uno Maffei perspicue legitur, *Conscilium*, per ſ & c, hoc est consuetudo, societas, & coniunctio. Docti quidam in coniecturam iuerant legendum *Concilium* : cui, ut dixi, liber meus, & Maffei adstipulantur. Quare sine ulla dubitatione est legēdum *Concilium*, uel, ut est in illis duobus s. libris, *Conscilium. Nunc dea Niligena.*] Alij malunt *Lingera*. quod in uet. exemp. numquam legi. *Ede notam tanti generis.*] Liu. lib. xxxix. Perseum, ex uulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere.

HER-

HERCVLIS · CIOFANI
SVLMONENSIS
IN . P. OVIDII . NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB . II
Obſeruationes.



Ritona canorum.] Triton, ut ait Heſiodus in Theogonia, fuit Neptuni, & Amphitrites filius. *Proteaque ambiguum,*] Per Proteum uiri docti aquā intelligunt, quae omnes formas facillime capit. Variae Protei mutationes referuntur ab ipſo Ouid. lib. 11x. ubi ita eſt:

Nam modo te iuuenem, modo te uidere leonem:
Nunc uiolentus aper, nunc, quem tetigiſſe timerent,
Anguis eras; modo te faciebant cornua Taurum.
Saepe lapis poteras, arbor quoque ſaepe uideri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras, interdum undis contrarius ignis.

Et alibi:

Vtq. leuis Proteus modo ſe tenuabat in undas,
Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.

Signaq. ſex foribus dextris, totidemq. ſiniſtris.] Periphraſis orbis ſigniferi, quem Graeci Zodiacum uocant, ut docet M. Tullius lib. 2. de diuin. *Vim, inquit, quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Graece ζωδιακὸς dicitur, talem, ut eius orbis unaquaeque pars alia alio modo moueat, immutetq. caelum.* Et in Arateis uerſibus:

Sex tantae poterunt ſub eum ſuccedere partes,
Bina pari ſpatio caeleſtia ſigna tenentes.
Zodiacum hunc Graeci uocitant, noſtriq. Latini
Orbem ſigniferum perhibebunt nomine uero.
Nam gerit hic uoluens bis ſex ardentia ſigna.

De duodecim his ſignis ſic Manilius lib. 1. c. 3.

Aurato princeps aries in uellere fulgens

Reſpicit

Respicit admirans aduersum surgere Taurum,
Summisso uultu Geminos & fronte uocantem:
Quos sequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mistus equo uolucrem missurus iamq. sagittam.
Tum uenit angusto Capricornus sidere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam
Piscibus assuetas auide subeuntibus undas:
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

Haec autem signa eodem ordine uno disticho comprehensa leguntur apud Ioannem de Sacro Bosco:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Stabat & Autumnus calcatis sordidus uuis. Sordidus: Aptum epitethon. Alibi:

Venerat Autumnus calcatis sordidus uuis,
Redduntur merito debita uina Ioui.

Quaque uiae tibi caussa? quid hac, ait, arce petisti.] In duobus Vatic.legitur, *Quae tibi causa uiae? quidq.hac,ait,arce petisti.* Quae lectio lepidior,&,cõcinnior est. *Immensi mun di*] & mox: *Et facta est immensi copia mundi. Dijs iuranda palus*] De Stygia Palude Seruius explanãs illud Virg. in VI. *Dij,cuius iurare timent, & fallere numen;* ait: *Siue propter Victoriae fauorem Stygis filiae. Nã dicitur statuisse Iuppiter, ut siquis fefellisset eius numen, uno anno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohiberetur. Ratio autem est,quã supra diximus. Ideo per Stygem Dij iurant, quia tristitia contraria est aeternitati.* Haec ille. De qua etiam Hesiodus in Theogonia, & Homerus lib.v Odys.quod qui uolet,inde petat. *Vix bene desierat.*] Subaudi loqui.Ita alibi:

Vix bene desieram, rettulit ille nihil.

-equorum alipedum.] Hos infra *equos uolucres dicit.* lib.II eleg. ait solis equos albos esse.

Et reuocant niueos solis euntis equos.

Magna petis Phaethon.] Ob hãc uidelicet caussam mox eũ uocat *Magnanimum: Dumq. ea magnanimus Phaethon miratur,opusq. Perspicit.* Sic Lucretius lib. v.

At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaethonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram; solq. cadenti
Obuius, aeternam suscepit lampada mundi.
Disiectosq. redegit equos, uinxitq. trementes:
Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans.

Sed hunc Lucretij locum uidit primum, quod sciam, acutissimo ingenio uir, Obertus Gifanius: quemq. Ouidius uidetur expressisse.
Et quid Ioue maius habetur:] Alibi.

Iure igitur, genitorq. Deum, rectorq. uocatur,
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.

-et qua uix mane recentes Enituntur equi.] Ita Caesar lib. V de bel. Gal. de militibus: *Integri et recentes milites defatigatis succederent.* Liuius lib. VI. *Instant Volsci recentes, qui e castris impetum fecerant. recentes equi:* Idem Lib. XXXVIII. *Recentibus equis Romani fessos sequebantur. -& terras ipsi mihi saepe uidere Fit timor.*] Ita est in uno meo Domin. & Ab. Impressi insulse habent, *Sit timor. Nec tibi quadrupedes animosos.*] Nescio qui hoc loco ex *Animosos*, ineptissime fecit *Damnosos*. *-genitum nostro sanguine:*] ex me satum. *Posce bonis.*] Liber meus: *Quaere bonis. -nullam patiere repulsam:*] Ita infra lib. III.

Cui Deus, elige, ait, nullam patiere repulsam.

Alij auctores dicũt *Repulsam ferre. Per iuga Chrysolithi:*] Chrysolithus lapillus est albi coloris, cuius etymologiam uidetur attigisse Propertius lib. II.

Quosue dedit flauo lumine Chrysolithos.

-signa cremabis.] In uno Vatic. *Regna.* In alio, atque uno meo, *Tecta cremabis.* Sed *Signa* magis placet: uel potius duae illae aliae uarietates penitus sunt reijciendae, ut absurdae, nihilq. ad rem, de qua Poeta loquitur, pertinentes. *-& inuito grates agit ille parenti:*] Libri mei, & unus Vatic. Inde parenti. *Grates* dixit etiam Curtius, M. Tullius, et T. Liuius. *Interea uolucres Pyrois*] *Pyrois* aperte legitur in duobus Vatic. uno Maffei, uno meo, et uno Caelest. *Flammiferis.*] Ita in eodem meo. In altero, itemq. in tribus Vatic. *Flammigeris.* In alio Vatic. *Fumificis. -copia caeli.*] In utroque meo, uno Vatic. utroque Caelest.

non

non *Caeli*, sed *Mundi* legitur. *Quadriiuges.*] In Vatic. *Quadriugi.* sic et meus. *Quadrupedes,* alter meus, et alius Vatic. *-imperet.*] In ambobus meis, *Imperat.* Indicatiui modi. *Et uetito frustra tentarunt aequore tingi.*] In uno meo, eadē manu, et atramento, est ad marginem, *Vel, Mergi.* Sed melior est superior lectio. Alibi:

Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursae. Et Vir. 1 Geor.

Arctos Oceani metuentes aequore tingi.

-uetito aequore: Hoc epitheton usurpauit Claudianus lib. 11 de raptu Pro ser. *uetito se protulit Arctos aequore.* Et Seneca in Medea uerbum Vetitum:

Et uetitum mare tetigistis ursae.

Has autem Vrsas ait Medeam cogentem e caelo deuocasse; fecisseque, ut eae mare attingerent. *-intremuere timore,*] In uno meo, *Intremuere tremore.* *-quos illi fas tum.*] In tribus Vatic. atque aliis rectius legitur: *Quos illi fatum.* *Quidq agat ignarus, stupet, & nec frena remistit.*] In uno Vatic. *Ignarus stupet quid agat, nec frena remittit.* Probo. *-geminos arcus.*] duplices, duos. *Rapiuntq. per auia currum.*] In uno Vatic. et Abb. *Per aera currum.* Prior magis mihi arridet. *-modo per decliua.*] Ita legendum ex uet. lib. *-combustaq.*] Lege, Ambustaque, iisdē lib. auctoribus. *Cumq. suis totas populis incendia gentes.*] Sic usque huc ineptissime lectum est. Emendandum autem est, ut reperi in ambobus Caelest. et uno meo: *Cumq. suis totas populis incendia terras.* Vnum et idem erit gentes cum populis. Quare, quam in uet. lib. esse diximus, lectio omnino melior est. *Ardet Atho.*] Athos, inquit Regius, mons est Thraciae altissimus. Quod, opinor, sumpsit a Pomponio Mela; qui eum in Thraciae descriptione collocat. Solinus uero uidetur innuere eum esse in Macedonia. Cuius haec sunt cap. xxi. *Praeterea opidum Myrina, in cuius forum mons Athos e Macedonia umbram iacit: Quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos a Lemno sex & octaginta millibus passuum separetur. Est sane Athos sublimis adeo, ut altior aestimetur, quam unde imbres cadunt. Quae opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas cacumine sustinet, numquam cineres eluuntur, nec quidquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fuerint, cumulo permanent.* Idem supra cap. xiiii.

ubi de Macedonia loquitur: *Verum, ut sileam, aut Rhodopen Mygdonium montem, aut Athon classibus priscis nauigatum, continentiq. abscissum mille quingentorum passuum longitudine, simul de auri uenis, & argenti, quae optimae in agris Macedonum & plurimae eruuntur, Oresliden dicam.* De hoc etiam sic scribit Isidorus: *Athos,* inquit, *est mons Macedoniae, & ipse altior nubibus, tamq. sublimis, ut in Lemnum umbram pertendat, quae ab eo septuaginta sex millibus separatur.* -*Oeagrius Aemus.*] *Haemus,* cũ adspiratione, lib. ueteres. -*geminatis ignibus Aetna. geminatis:* duplicatis. Geminatos dicit, quod ignis, ut scitur, ibi est perpetuo: alterum annuit contraxisse ex Phaethontis incendio. Huius montis incendij causas explicat Iustinus lib. IV. De quo etiam multa Lucretius. lib. VI. Quae deridet, atque exagitat D. Augustinus. *Adspicit ancensum.*] In uno meo, *Accendi.* -*nec tantos sustinet aestus.* Ita uet. -*Ephyre Pirenides.*] Vetustior meus, *Nephyre. Quiq. recuruatis ludit Maeander in undis.*] In ambobus meis, *Maeandrus.* De quo dicemus in IIX. *Thermodoonq. citus.*] Emendaui ex uet. lib. *Thermodon* per simplex O, de quo infra. *Occuluitq. caput.*] Sic Tibullus:

Nile pater, quanam possum te dicere caussa,
Aut quibus in terris occuluisse caput.

Puluerulenta uacant,] In duob. Vatic. uno meo, unoq. Caelest. *Iacent,* non *Vacant.* *Sors eadem.*] Liber meus, et Caelest. *Fors eadem.* -*quosq. altum texerat. texerat:* complexum erat: circumierat. *Exsistunt montes.*] In meo antiquiore, *Apparent montes.* In uno Vatic. *Exsiliunt montes.* *Exanimata iacent.*] In amb. Caelest. et Abb. *Natant* legitur. *Sub undis.*] In iisdem lib. *Sub antris.* -*sacraq. ita uoce profatur.*] In omnib. scriptis libris, *Voce locuta est.* Quae lectio probabilior mihi uidetur. In illo Ab. est *Sicca,* nõ *Sacra.* quod non prorsus damno. *Si placet hoc, meruiq. &c.*] Oratio Terrae ad Iouem, significantis, ut si igne sibi pereundum sit, potius suo fulmine, quam incẽdio illo Phaethontis conflagrari, conficiq. permittat: rogantisq. eum, ut iam sibi, ne tali casu pereat, uelit ignoscere. Siquidem inter alia, quae cunctis animantibus quotidie praestat, ipsi etiam tura, quae in sacrificio adhibentur suo, ministrat. -*auctore.*] Puto hoc referendum ad Iouem. Si qui

malle:t

mallent ad Phaethontem, non pugnabo. *cladem q. leuare.*] Id est, exstinguere hunc ignem, quo omnia comburitur. *Sed tamen exitium*] Paullo sup. *Cladem* dixit. -*fac me.*] Alio modo dicitur: Finge: Pone. -*& ab aethere longius absunt.*] ταυτολογία. *At caeli miserere tui,*] In uno Caelest. *At caeli miseresce tui.* Quod non displicet. Statius: *Et generis miseresce tui.* Hoc etiam uerbo usus est elegantissimus Poetarum Catullus:

Immite, ut nostri uellet miserescere pectus.

Nihil propterea mutandū censeo. *Et summe rerum.*] Sic eloquentiss. Liuius lib. I. *Itaq. rem inter se centum patres, decem decurijs factis, singulisq. in singulas decurias creatis, qui summae rerum praeessent, consociant.* Idem III. *Venissetq. in periculum summa rerum, ni T. Quinctius peregrinis copijs cum Latino, Hernicoq. exercitu subuenisset.* -*rotisq. Exsuit.*] In tribus Vatic. utroq. meo, aliisq. manusc. non *Exuit*, sed *Expulit*, legitur. Quod grauius & significantius uidetur. -*& aeuis compescuit ignibus ignes.*] In uno Cael. *Et saeuos:* ut ad Phaethontis incendium referatur. Hac de re sic quoque alibi:

Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes,
Ipse suis Phaethon infitiandus erat.

Consternuntur equi,] Sunt, qui hoc loco libētius legant, *Consternantur.* Quo modo est in utroq. Maffei. -*& saltu in contraria facto.*] In duob. meis & uno Vatic. *In contraria uerso.* *Colla iugo eripiunt.*] Sic quidem insulse adhuc legitur. Tu uero, ex omnibus, uno excepto Maffei, scriptis exemp. lege: *Colla iugo excutiunt.* Quae lectio multo est elegantior, atque huic loco aptior. -*ut interdum de caelo stella sereno, Et si non cecidit, potuit cecidisse uideri.*] Lucret. *Non cadere in terram stellas & sidera cernis?* *Et si non cecidit:* Duo Vatic. & unus meus habent: *Quae si non cecidit.* *Bis teneros.*] In omnibus antiquis: *Et teneros.* -*tamquam de uulnere guttae*] Vnus Vatic. & antiquior meus: *de corpore guttae.* -*lucidus amnis.*] Eridanus. -*Cygnus.*] Recētiores quidā, more graeco, *Cycnus*, per tertiam litteram imprimendum curarūt. In antiquis uero lib. perpetuo est *Cygnus* per G. -*ignemq. perosum*] Idest, odium habens in ignem. -*elegit contraria flumina flammis.*] Ita in I. *Cumq. sit ignis aquae pugnax.*

gnax. & lib. IIX. *Vndis contrarius ignis*. Et Ibide:

Desinat esse prius contrarius ignibus humor.

-*qualis cum deficit orbi.*] Occasum intelligit. *Datq. animum in luctus.*] luget. -*& luctibus adycit iram.*] lugendo ira exardescit. In uno meo antea legebatur: *Et luctibus addidit iram*. Quo modo locutus est lib. III. *Minus addidit irae, Officiumq. negat mundo*.] Intelligit solis currum ducere, cuius beneficio uniuersus orbis illustratur. -*ab aeui Principijs sors non satis irrequieta fuit.*] Hic est uerborũ ordo. Significat autem Apollo ut simul natus est, uitã, condicionemq. suam numquam acquieuisse, *Quilibet alter*.] Quidã hoc loco temere posuerunt, *Quilibet auctor*. -*agat*.] Ideſt ducat, trahat: -*tenebras inducere rebus*] sunt, qui legãt *Terris*, non *Rebus*. Priore modo lib. uet. *lanam mollire trahendo*.] Alibi:

Nos humiles, famulaeq. tuae data pensa trahemus,
Et minuent plenas stamina nostra colos.

Nec positas uariare comas.] In meo uetust. aperte legitur, *Positu*, hoc est ornatu, In alijs, *Positas*. *Vitta coercuerat*.] Sic legitur in eodẽ lib. meo. Alij habent, *Coercebat*. Sequens carmen priorem lect. ueriorem, ac meliorem reddit. *Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas*.] Idem dicit sub principium lib. III.

Silua uetus stabat nulli uiolata securi. Et IIX.
Silua frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas.

& IV Fast. *Silua uetus, nullaq. diu uiolata securi stabat.*

-*& custode uacantem*.] In meo; probiore ac praeclariore, duobusq Vatic. *Custode carentem*. Quod mihi uidetur plenius, & significantius. *Ecce suo comitata*.] *Comitata*, παθητικῶς. sic lib. VII dixit *Incomitata*. *Fertq. uagos mediae per nuba silentia noctis Incomitata gradus*. Et Lucr. lib. ult. *Incomitata rapi certabant funera uasta*. *Ecce suo comitata choro Dictymna per altum Maenalon ingrediens*.] De Dictymna ita litteris consignauit Lutatius: *Dictymna ob id dicta Dictymna Diana*: *Brito Martis filia, uirgo Cretensis Dianae retibus piscatorum, quae graece* δικτύα *nominatur, a quibus huius corpus inuentum extractum est Insula tamen Creta pestilentia laborauit, quam euadere penitus nequiuisset, nisi templum Dianae instituissent, eamq. Dictymnam uocassent a retibus. ECCE*.]

Quod

Quod hoc loco de particula *Ecce*, Regius ait, falsum est. Auctoritates, quibus id probatur, apud Virgiliũ, & apud Ciceronem in lib. de Orat. & in oratione de harusp. respõsis, aliisq. in locis tibi integrum est legere. Huius particulae uis ex ea, qua uulgo utimur, lingua satis etiã perspici potest. Itaq. suapte ui neq. boni, neq. mali quid indicat. *Cum Dea uenatu.*] Haec lectio reiicitur a Regio, iniuste, ut puto: cum ait legendum esse *Venatrix*: ut sit Dianae periphrasis. Bis enim superius de ea mentionem fecit. Quare superfluum ac superuacaneum uideri potest tertio epitheton ponere. *Venatrix* abest a uet. libris: neque est, quod dicat mihi, legi in uno: cum, ut dixi, abest a libris, quotquot uidi, quot autem uiderim, equidem alibi dixi. Huic accedit ratio, quae est pro sexcentis libris, si eodem modo in iis omnibus legeretur. Prisci illi auctores multis nominibus utebantur, quae nũc paene ex usu recesserunt. Haec uero, quoniam ex Grammaticis nota sunt, omitto. Tantum dicam, Veteres usurpasse pari usu & *Venatum*, & *Venationem* pro eodem. *Venatu* nonnulli putarunt supinum, ut loquuntur Grammatici. Perperam. Latine enim rectissime dicitur *Venatus, tus, tui.* Quae uox, ut dixi, uenationem significat. Hic noster:

Haec ignara uiri, uacuoq. assueta cubili,
Venatu & siluis primos assueuerat annos:

M. Tullius lib. v Tusc. disp. *Labor*, inquit, *in uenatu.* Plautus in Rudente: *Hunc qui cepi in uenatu meo.* Idem: *Redit obsonatu.* Et in Sticho: *Accersitu tuo uenio huc.* M. Cato de re rust. cap. v. *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.* Piget plura coaceruare & colligere. Verborum sensus talis est. Cum Dea uenatu, hoc propter uenationem languida fraternis flammis. *-languida,*] idest debilis effecta nimio solis calore. Talis est, qui diu in longo itinere, aestiuo praesertim tempore, soli se committit *-nec sacros pollue fontes,*] *Sacros fontes*, dixit, quia antiqui omnes aquas putabant sacras esse. Alibi:

Est nitidus, uitroq. magis perlucidus amnis,
Fons sacer, hunc multi numen habere putant. Et,
Fons sacer in medio, speluncaq. pumice pendens.

I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes, Cynthia:] Haec

eadem sentētia legitur sub principio lib. I I Fast. ubi hāc ipsam rem longo carmine prosequitut poeta: quae ad hunc locum illustrandum mirifice facit. Adscribam locum ipsum, ut studiosis laborem minuam.

Inter Hamadryadas, iaculatricemq. Dianam
Calisto sacri pars fuit una chori.
Illa Deae tangens arcus, quos tangimus arcus,
Este meae testes uirginitatis, ait.
Cynthia laudauit, promissaq. foedera serua,
Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.
Foedera seruasset, si non formosa fuisset;
Cauit mortales, de Ioue crimen habet.
Mille feras Phoebe siluis uenata redibat,
Aut plus, aut medium sole tenente diem.
Vt tetigit lucum (densa niger Ilice lucus,
In medio gelidae fons erat altus aquae)
Hic, ait, in silua uirgo Tegeaea lauemur:
Erubuit falso uirginis illa sono.
Dixerat & Nymphis, & Nymphae uelamina ponunt:
Hanc pudet, & tardae dat mala signa morae.
Exsuerat tunicas, uteri manifesta tumore,
Proditur indicio ponderis ipsa sui.
Cui Dea, uirgineos periura Lycaoni coetus
Desere, nec castas pollue, dixit, aquas.
Luna nouum decies implerat cornibus orbem,
Quae fuerat uirgo credita, mater erat.
Laesa furit Iuno, formam mutatq puellae.
Quid facis? inuito est pectore passa Iouem.
Vtq. ferae uidit turpes in pellice uultus,
Huius in amplexus Iuppiter, inquit, eat.
Vrsa per incultos errabat squallida montes,
Quae fuerat summo nuper amata Ioui.
Iam tria lustra puer furto conceptus agebat,
Cum mater nato est obuia facta suo.
Illa quidem tamquam cognosceret, adstitit amens,
Et gemuit, gemitus uerba parentis erant.
Hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto,
Ni foret ad superas raptus uterq. domos
Signa propinqua micant: prior est quam dicimus Arcton,

Arcto-

Arctophylax formam terga sequentis habet.
Saeuit adhuc, cauamq. petit Saturnia Tethyn:
Maenaliam tactis ne lauet Arcton aquis.

Scilicet hoc etiam.] In uno meo, Abb.& Caeleſt. *Scilicet hoc unum.* Eadem uarietas notata quoq. eſt in altero meo. Quod improbandum non uidetur. *-adimam tibi namq. figuram,*] In eodem Caeleſt. & aliquot aliis, *Adimam tibi nempe figuram.* Si ita legatur, ſenſus uidetur paullo elegantior, et aptior. *-adimam figuram*: Sic Plautus in Amphitruone dixit: *Hodie mihi formam adimis?* Alio modo Virg.lib.IX. *Mortalem eripiam formam.* Illo priore modo infra hic noſter: *Adimuntq. figuras. Ah quoties.*] Optimi quique libri, quibus in hoc opere emendando uſus ſum, perſpicue habent, *Ha quotiens.* In Virgilio Vatic. qui grandiuſculis eſt exaratus litteris, perpetuo ſcribitur *A*. In aliis uero, qui in Bibliotheca Vatic. aſſeruantur, modo eſt *Ha,* modo *Ah.* Item in meo Terentio manuſcripto. In alio, qui fuit clariſsimi uiri, Petri Bembi, in loco quodam Eunuchi teſtatus eſt Gabriel Faernus legi *Aha.* Quo loco impreſsi habent *Ah.* Ibidem in illo opt. Vatic. legitur, *Hah.* Ita enim antea legebatur: Deinde prior adſpiratio eſt deleta. Itaque nunc in eo eſt, *Ah.* Locus uero Terentii hic eſt: *Ah, quid agis? tace.* Homines eruditi libenter ſequuntur Virgilij ſcripturam, cuius mẽtionem feci. quorum opinio mihi non improbatur. Neque ideo damno ſcribi *Ha*: ut ab *A* praepoſitione differat, quod plerumque non facile dignoſcere licebit, ſi *A* ſcribitur. Et, ut hoc magis ſequar ac probem, facit *Pro* interiectio admirantis, quae antea inſulſe & imprimebatur et pronunciabatur *Proh* cum adſpir. in fine. Haec in antiquis exemplarib. ſcripta inuenitur *Pro* abſque *H. Arguit omnipotens,*] In uno meo, *Arcuit,* per tertiam litterã. Recte. *-& celeri raptos per inania uento*] In uno Vatic. *& pariter raptos per inania uento.* Quod mihi uehementer probatur. *-ſcitantibus inquit:*] In eodem lib. Abb. et uno Maffei, *Inſit. Quaeritis, aetherëis quare regina Deorum Sedibus hic adſim: pro me tenet altera caelum.*] Hunc locum imitatus eſt Seneca initio Tragoediae, quae inſcribitur Hercules Furens. cuius haec ſunt:

Soror

Soror Tonantis (hoc enim solum mihi
Nomen relictum est) semper alienum Iouem,
Ac templa summi uidua deserui aetheris.
Locumq. caelo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est: pellices caelum tenent.

Nec seruaturis nigi i Capitolia uoce Cederet anseribus,] Indicat his uerbis Poeta noster Coruum nigrum effectum esse antequam Roma a Gallis Senonibus obsidione cingeretur. Tunc enim cognita est mira Anserum sagacitas. De qua sic Lucretius:

-& humanum longe praesentit odorem
Rom ·lidarum arcis seruat or candidus Anser.

Vide etiam Liuium extremo lib. v. ubi pluribus hoc recenset. *-placuit tibi Delphice*] Apostrophe ad Apollinem, qui Delphius dictus est a Delphis, ubi colebatur, & oracula edebat. *Dum uel casta fuit, uel &c.*] In uno Vatic. meo antiquiore, duobus Caelest. *Vel dum casta fuit, uel etc.* Elegantius: ut, *Vel*, bis sit in principio periodi. *-texta de uimine cista,*] In uno Vatic. *Facta. -prolem sine matre creatam,*] Ita infra: *Cum sine matre creatam. Et legem dederant,*] Alii, *Hanc legem dederat. -nodosq. manu diducit.*] In uet. ad unum perspicue legitur, *Deducit* per *E* in prima syllaba. Quod Regius recte est interpretatus. *-radices fixerat imas.*] In illo Abb. *Radices egerat imas.* Non damno. Dicitur enim eleganter *Radices agere.* De quo infra. *-mox alta per auras Euehor*, Lege, ex omnibus manuscriptis: *Mox acta. Acta* hoc loco, ut & saepe, exanimatam, territam, atque impulsam significat. Id uestigium retinent quoque deliciae meae, antiquior liber, in quo *Aucta* legitur. *-& data sum comes inculpata Mineruae.*] Idest, ut Mineruam comitarer. Sic & alibi:

Eurybati data sum, Talthibioq. comes.

Sed hic accipitur passiue, ibi actiue. Quod nescio an ab ullo alio sit animaduersum. *-utq. animus tumida feruebat ab ira,*] Ita prope lib. 11x. *& tumida frendens Mauortius ira.* Plaut. in Cap. *Frendebat dentibus. Arma assueta capit,*] In illo Abb. *Rapit. -tractoque a uulnere ferro,*] Aliquot uet. *A corpore ferro. Candida puniceo.*] In uno Vatic. *Candida purpureo. -& pariter uitam cum sanguine fudit.*]

Virg.

Virg. II AEneid. *-ac multo uitam cum sanguine fudit. -dextra libratus ab aure*] Duo Vatic. *Vibratus ab aure. Nympha Cariclo*] Ita legi placet eruditis uiris. In quorum sententiam libenter eo. In uno Maffei una littera deprauate legitur *Caricto*. T pro L temere a librario scriptum. In aliis uero est *Caici. -prohibere auita:*] Sic est in meo antiquiore. Ast in alijs, *Prohiberis. Eq. Deo corpus fies exsangue,*] Idest, morieris. Exsangue corpus cadauer notat. Virg. lib. superius citato:

-corpusq. exsangue sepulcro

Reddidit Hectoreum. Interdum pallidum, & Italice dicitur *smorto*. Attius Erigona: *Quamquam exsangue est corpus mihi, atque annis putret*. Liuius lib. III. *Iulius, Numitoriusq. exsangue corpus sublatum ostentant populo. -uocisq. meae praecluditur usus.*] Idem dicit lib. VI

-caret os humore loquentis,

Et fauces arent, uixq. est uia uocis in illis.

Non dubito, quin Seneca in Theb. ad alterum horum locorum respexerit. Cuius haec sunt:

Aditusq. uerbis tramite angusto patet.

Alio modo Liuius lib. XL. *Dicenti haec, lacrimae simul spiritum & uocem intercluserunt. -cognata pectora uertor.*] Caelest. *Cognita corpora. - Phyllirius heros*] In uno Vat. *Phullurius*. Quod natum est, quia υ graecam litteram nonnulli Latine reddiderunt v: ut Sulla, Purrhus, & Phruges. Postea uero pronunciatum & exaratum est Sylla, Pyrrhus, & Phryges. Nostra tamen hac tempestate homines eruditi proferunt ac scribunt Sulla. De hoc M. Tullius in Oratore. In uno meo legitur, *Philireius*. Constantius Fanensis, uir sane doctus & industrius, corrigendum putabat, *Philyreius. -Messeniaq. arua colebas.*] In uno Vatic. & Caelest. *Messanaq. rura. -onus dextrae baculus silueftris oliuae.*] Ita usque huc lectum est. Lib. v. o. quibus usus sum, habent, *Onusq. fuit baculus siluestris oliuae*. Quo fit, ut illud *Dextrae* glossena putem, quod postea irrepsit in uersum. *-dispar septennis fistula cannis.*] Virg. Ecclog a II.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

-nisi natus in illo Rure senex.] Tum in lib. Vatic. cum in aliis o. est non *Natus*, sed *Notus* per O. Omnino rectius.

-per-

periuraq. pectora uertit In durum silicem, qui nunc quoq. dicitur Index.] Index, lapis est, quo utimur ad aurũ, atq. ad alia metalla probanda, quem lingua Itala appellamus *Paragone*. Huius lapidis mentionem facit Bachillides, qui Lydium lapidem eum uocat. Eius uerba sunt: *Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν*. *Desiciebat humum,*] In ambob. Caelest. & Maffei. *Despectabat*. Quod non displicet. *Pura coronatis &c.*] Ita aperte legitur in utroq. meo, & in quibusdam aliis. *coronatis canistris:* hoc est, ad marginem usque plenis. *Vt uolucris uisis rapidissima miluus extis.*] In uno Cael. *Vt uolucris uisis extis rapidissima miluus.* Fortasse rectius. *extis*: Species pro genere. Exta autem, ut ait Festus Põpeius, dicta, quod ea diis prosecentur, quae maxime exstant, atque eminent. Hanc Festi etymologiam uerissimam esse docet ipse lib. XII. ubi exta prosecta uocat: *Cuius ut imposuit prosecta calentibus aris. Quae quamquam iusta est.*] In uno Vatic. *Pulchra est.-& arcet,*] In uno Caelest. *Aufert. Protinus inuidiae.*] Quod hoc loco Regius de Inuidia, & Inuidentia dicit, totum a M. Tullio accepit; cuius haec sunt lib. III Tusc. disput. *Etenim, si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiam. non dixi, in inuidiam, quae tum est, cum inuidetur: ab inuidendo autem inuidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiae: quod uerbum ductum est a nimis uidendo fortunam alterius, ut est in Menalippo:*

Florem quisnam liberum inuidit meum?

Male Latine uidetur: sed praeclare Attius. Vt enim, Videre, sic Inuidere florem, rectius, quam flori, dicitur. nos consuetudine prohibemur. Poeta ius suum tenuit, & dixit audacius. Et IV. *Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subijciuntur, ut aegritudini inuidentia, (utendum est enim, docendi caussa, uerbo minus usitato; quoniam inuidiam non in eo, qui inuidet, solum dicitur, sed etiã in eo, cui inuidetur) aemulatio, obtrectatio &c. -uisaq. oculos auertit.*] Sic Liuius lib. IX. *Vt suae quisque condicionis oblitus, ab illa deformatione tantae maiestatis uelut ab nefando auerteret oculos. -liuent rubigine dentes.*]In illo Abb. *Sordent*. Alibi alio modo:

Linguaq. nec rigeat, careant rubigine dentes.

Risus

Risus abest, nisi quem uisi mouere dolores:] Emenda ex scriptis o.lib. *Fecere dol.* Nam *Fecere* magis significat. Ad huius loci sensum uide ea, quae disputat in comm. primae Orat. in Catilinam, cui et Graecae & Latinae litterae debent plurimum, M. Antonius Muretus. -*& summa papauera carpit.*] Praeclarior liber meus, *Et summa cacumina carpit.* Sicq. impressi quidam. Haec lectio apposite referri potest ad illud,

Summa petit liuor.

In altero meo antea legebatur, *Et summa cacumina rumpit.* a quo deletum est uerbum *Cacumina*, & aliena manu *Papauera* repositum. Itaque nunc legitur, *Et summa papauera rumpit.* Ille, qui hoc tetigit, alios uet. libros secutus sit, nec ne, non facile possum pronunciare. Et tamen haec quoque lectio satis mihi arridet.- *& festa pace uirentem.*] Ita libri excusi, itaq. legit Lutatius in Statium: sed nō satis emendate. In utroque meo, ambobus Maffei, & tribus Vatic. longe rectius, atq. emendatius legitur, *Pace nitentem. -aliter non uritur Herses.*] In quibusdā uet, *Non laeuius.* Recte utroque modo. -*leniq. tepore cremantur.*] Id est, igne leuiter ardente comburuntur. *Caelatasq. fores.*] Ita o. prope uet. -*frigusq. per ungues Labitur.* Optime legitur in uno meo: *Frigusq. per artus Labitur.* Alibi eodem prope modo:

Frigusq. perambulat artus. Et:
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Perq. meos artus frigida gutta fluit.

Virg.lib.7. *At iuueni oranti subitus tremor occupat artus.* Et quos hoc loco *Artus* dixit, alibi *Ossa.*-*gelidusq. cucurrit,*

Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor. Et:
Me miseram, extimui, frigusq. per ossa cucurrit. Et:
-*& attonitos subitus tremor occupat artus.* Et:
Hic mihi uae miserae concutit ossa metus.
-*cui protinus intima frigus*
Ossa receperunt. Et:
Cor pauet admonitu temeratae sanguine noctis,
Et subitus dextrae praepedit ossa tremor.

Haec, atq. alia huiusmodi in his Obseruationibus ad copiam comparandam collegi. -*sua mens infecerat illam.*] In duob.

duob. Vatic. meis, & Caeleſt. *Infecerat illum -ſubitoq. celer*] lib. uet. *Solitoq. Pacem uultus habet.*] Cicero ad Attic. *Spero etiam in praeſentia pacẽ nos habituros.* Liuius lib. xxxviii. *Curae ueſtrae cenſetis eſſe, ut pacem terra, mariq. habeant* Sed hi duo loci diuerſum ab illo noſtri poetae habẽt ſenſum. *-miratur Agenore nato,*] Europa Agenoris filia: de qua a Ioue ſurrepta exſtat oda haec Anacreontis,

Ο ταῦρος οὗτος ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
σιδωνίην γυναῖκα,
περᾷ δὲ πόντον εὐρὺν,
τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς.
οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

Hoc eſt ut alii interpretantur:

Hic, o puer, iuuencus,
Mihi quidem ut uidetur,
Eſt Iuppiter ſupremus.
Nam feminam inſidentem
Sidoniam uehitq.
Tergo, ſecatq. latum
Mare ungulis. nec ullus
Taurus gregem relinquat,
Tranaueritq. pontum,
Ni Iuppiter ſit ipſe.

-uix ah, uix cetera differt.] In uno uatic. *Vix iam uix*: In aliis uero omnibus: *Vix ha uix. -nunc pectora praebet,*] In duob. Caeleſt. uno meo, & Abb. *Modo pectora*. Probo. nam in ſequenti uerſu eſt: *Modo cornua ſertis*. Hinc repetitionibus ſolet eſſe plenus Poeta noſter. *-lituſq. ablata relictum Reſpicit,*] Ita lib. vi de Europa ipſa loquens:

Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas.

-& dextra cornu tenet,] Archaiſmos eſt, inquit Regius. Nam *Cornum* poſuit pro cornu, metri cauſſa: priſcorum imitatione. Quotquot ego manuſcriptos libros uidi, in iis omnibus eſt *Cornu*, non *Cornum*: & ſane non uideo,

quare

quare Raphael,homo alioqui doctissimus dixerit id fecis se metri caussa. Nam, ut pueri uel sciunt, V in fine producitur. Verum,si recte recolo,magis me mouet Priscianus,qui annotat *Cornum* dixisse Ouidium nostrum. Sed Prisciano opponi potest tum uet. librorum auctoritas, ac consensus,tum illud, quod maius est, III Fastorum, ubi eodem fere modo, quo hic loquitur:

Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Femina,cum de se nomina fecit aquae.

& dextra cornu tenet, altera dorso Imposita est:] Hac de re aliter lib. V eorund. Fast.

Illa iubam dextra,laeua retinebat amictus.

Rursus lib. I.eleg.fere illo priore modo,

Quaeq. super pontum simulato uecta iuuenco
Virginea tenuit cornua falsa manu.

tenues sinuantur flamine uestes] o. prope manuscripti habent, Tremulae sinuantur flamine uestes. Quod absque ulla dubitatione melius est. Vt sit uerborum sensus: Vestes tremulae flamine. *Flamine* etiam,expor i potest,flante uento.Si qui tamen erunt,quibus altera illa magis placeat,non pugnabo.

HER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. III
Obseruationes.



E *confessus erat*,] Sic Virg. lib. 11 Aeneid.

Alma Venus confessa Deam, qualisq. uideri
Caelicolis &c. Claudiamus : *Confessus generum.* & ipse lib. xi. *Confessam amplectitur heros.*

Cùm pater ignarus raptam perquirere Cadmo] *Pater ignarus raptam*: Ignorans Agenor Europam, filiam suam, a Ioue surreptam esse. Quidam hoc loco, ubi est *Raptam* parum considerare posuerunt *Natam*. Abest enim ab o. s. *Orbe pererrato*] Sic Virg. lib. 11. Aen. dixit *Pererrato ponto : Magna pererrato statues quae deniq. ponto. Cadmus agit grates, peregrinaeq. oscula terrae Figit, & reliqua.*] Mos erat, ut, qui primum ingrederentur regionem aliquam, ad eam ue ex interuallo reuerterentur, religiose eam salutarent: Idque, quoniam cuiq. loco suum quemdam genium praeesse arbitrabantur. Itaq. Pythagorici ob id alijs alios locis fortunatiores esse rebantur: pro ut, uidelicet cum quisq. loci genio cuiusq. hominis genius conueniret. Catullus:

Salue o uenusta Sirmio. Virgilius:
Ignarus, genium ue loci, famulumue parentis
Esse putet. Idem:
Sic deinde affatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & geniumq. loci, primamq. Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precantur
Flumina. Et quidam apud Menandrum:

χαιρ

χαῖρ᾽ ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ᾽ ἰδών.
Ἀσπάζομαι.

Et seruus quidam Plautinus Bachidibus:

Herilis patria salue, quam ego biennio
Postquã in Ephesum abij, conspicio lubens. Et alter in Sticho:
Saluete, Athenae, quae nutrices Graeciae.
O terra, herilis patria te uideo lubens.

Haec omnia accepi a comm. optimi atq. eloquẽtissimi uiri M.A. Mureti in Catul. Hunc quoque morem indicauit Seneca, apud quem loquitur Agamemnon:

Tandem reuertor sospes ad patrios lares,
O cara salue terra, tibi tot barbarae
Gentes dedere spolia.

.–*peregrinaeq. oscula terrae Figit,*] sic Virg. lib. 1 Aeneid.

Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.

Silua uetus stabat, nulli uiolata securi,
Et specus in medio uirgis, ac uimine densus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus fecundus aquis: ubi conditus antro
Martius anguis erat, cristis praesignis & auro:
Igne micant oculi: corpus tumet omne ueneno:
Tresq. micant linguae: triplici stant ordine dentes.
Quem postquam Tyria lucum de gente profecti
Infausto tetigere gradu, demissaq. in undas
Vrna dedit sonitum: longo caput extulit antro
Caeruleus serpens, horrendaq. sibila misit:
Effluxere undae manibus, sanguisq. reliquit
Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille uolubilibus squamosus nexibus orbes
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcum:
Ac media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus: tantoq. est corpore, quanto,
Si totum spectes, geminos qui separat arctos.
Nec mora, Phoenicas, siue illi tela parabat,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat utrumque,
Occupat hos morsu, longis amplexibus illos;
Hos necat afflatu, funesta hos tabe ueneni.

Fecerat &c.] Haec cũ scriberet Ouidius uidetur mihi respexisse ad serpentem illum mirae magnitudinis, de

quo Orosius lib. IV cap. IIX. Atque, ut hoc quisque facile possit dignoscere, eius uerba hic ponere non me piget: licet hic noster rem ipsam more suo, & ingenio, quo ceteros superauit, mirandum in modum exornet, & paullo secus describat: hunc tamen locum mirifice illustrant. Orosii autem haec uerba sunt: *Regulus bellum Carthaginiense sortitus, iter cum exercitu faciens, haud procul a flumine Bagrada castra constituit. Vbi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes serpens mirae magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est: sed nihil in tergo eius proficientibus iaculis, atque omni telorum ictu irrito, quae per horrendum squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur, mirumq. in modum ne corpus laederent ipso corpore pellebantur, cum insuper magnam multitudinem morsu comminui, impetu proteri, habitu etiam pestifero exanimari uideret, ballistas deferre imperauit, per quas saxum murale spinae eius incussum, compagem totius corporis soluit. Talis siquidem est natura serpentis, ut cum pedibus carere uideatur, costis tamen & squamis, quas a summo gutture usque ad imam aluum parili modo dispositas habet, ita instruitur, ut squamis quasi unguibus, costis quasi cruribus innitatur. Non enim ut uermis, cui spinae rigor non est, & inderectum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat, sed alternis intenta conatibus latera sinuosa circumfert, ut per exteriorē spinae curuaturam rigentem costarum aciem tendat; costis autem natura ad summum rectis squamarum ungulas figat: quod uicissim & celeriter agendo non solum plana perlabitur, sed etiā connexa conscendit, tot uestigijs instructa, quot costis. Huius itaque rei caussa est, ut, si in qualibet corporis parte ab aluo usq. ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita, cursum habere non possit: quia ubicumque illi ictus inciderit, spinam soluit, per quam costarum pedes & motus corporis agebantur: unde etiam hic serpens, qui tamdiu tot iaculis inuulnerabilis obstitit, ad unius saxi ictum debilis cessit, ac mox circumuentus telis facile oppressus est. corium autem eius Romam deuectum (quod fuisse centum uiginti pedum spatio ferunt) aliquamdiu cunctis miraculo fuit.* Huius quoque serpentis sic meminit Val. Maximus extremo lib. I. *Qua quia, inquit, supra usitatam ratio-*

nem

nem excellentia attigimus, serpentis quoque a T. Liuio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Atilij Reguli exercitum usu amnis prohiberet: multisq. militibus ingenti ore correptis, cõpluribus caudae uoluminibus elisis, cum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undiq. petitam, silicum crebris & ponderosis uerberibus procubuisse, omnibusq. & cohortibus & legionibus ipsa Carthagine uisam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisq iacentis pestifero afflatu uicina regione pollu ta, Romana inde summouisse castra. Dicit belluae etiam corium cxx. pedes longum, in urbem missum. Librum, quo apud Liuium huius serpentis mentio erat, aetas nostra cum multis aliis desiderat. Iulius Obsequens: *Serpens in Africa portentosae magnitudinis apparuit, quem Atilius Regulus, cum maxima militum clade difficulter catapultis & bal listis, ueluti molem quandam expugnauit: qui cum aliquoties iam aduersus Carthaginienses pugnasset, eo anno ab hostibus captus est.* Huius autem serpentis exsuuiae centũm uiginti pedũ longitudine fuisse feruntur, & eius maxillae usq. ad Numantinum bellum in publico pependisse dicuntur. Refert & hoc breuiter ex Tuberone Agellius cap. III. lib. VI. & Plinius lib. IX. cap. XIV.

Martius anguis erat,] Sic Statius. *nimirum martius anguis*
Quaecq. nouis proauum tellus effloruit armis.

tristis praesignis, & auro,] Eadem figura utitur Virg. *pateris libamus & auro.* *Igne micant oculi.*] Hunc forte locum imitatus est idem Statius:

Strictisq. erexit pectora setis:
Igne tremunt oculi: lunataq. dentibus uncis
Ora sonant. *Igne micant oculi:* Sic locutus est infra lib. IIX. de Apro.

Sanguine, & igne micant oculi. Virgilius:
Ardentes oculos suffecti sanguine & igni.

Plautus in Menaechmis: *Vt oculi scintillant.* Idẽ in Captiuis: *Ardent oculi.* M. Tul. in Verrem extremo II. ut puto, act. *Nam cum spumas ageret in ore, arderent oculi.* Homerus lib. XIII. Iliad. Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον.. Hesiodus in Aspide:

Ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.

-& attonitos subitus tremor.] In uno meo est, *Subitus metus. Ille uolubilibus squamosos nexibus orbes Torquet.*] Serpēs in aliquē impetū facturus se in spiras colligit. Ita mox:

Ipse modo immensum spiris facientibus orbem

Cingitur. Sic lib. IX de Acheloo in serpentem.

Qui postquam flexos sinuaui corpus in orbes. -sinuatur in arcus:] Vnus Vatic. unus Maffei & Abb. *In orbes. Despicit.*] Sic legendum ex uet. lib. & ratione. *-hos tabe*] Sic lege ex opt. s. lib. Ter *Hos* repetit, more suo.

Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras.] Descriptio meridiei. Ita mox:

Iamq. dies medius rerum contraxerat umbras,

Et sol ex aequa meta distabat utraque.

Et lib. XIV.

Sol erat, & minimas a uertice fecerat umbras.

Quod medio lentae spinae.] In illo Abb. *Longae spinae.* In uno meo: *Quod medio fixum lentae curuamine spinae constitit. -caput in sua terga retorsit.*] Virg. de alio serpente lib. V.

- seq. in sua membra plicantem.

Impete nunc uasto,] Sic & Plautus in Amphitruone:

Quis tam uasto impete has fores toto conuolsit cardine?

Et Silius lib. II. *-Sed contortum prior impete uasto*

Daunius huic robur iuuenis iacet. Lucret. lib. II.

Trasmittunt ualido quatientes impete campos.

Cedendo arcebat,] In eodē Vatic. Caelestino & Abb. legitur, *Cedendo ardebat. Pondere serpentis curuata est arbor,*] Videtur locus hic ita considerandus, ut Quinctilianus lib. IIX. cap. III considerat illum summi Poetarum lib. II Aeneid. ubi de equi loquitur magnitudine, *Demissum lapsi per funem. Pondere serpentis curuata est.*] In eod. Vatic. *Sinuata est. -arbor.* Quercus. *uictor uicti*] Annominatio. Sic & alibi: *Huic uictor uicto nempe pudendus eras.*

-neque erat cognoscere promptum,] neque facile poterat audiri. sic III Fast.

Vacca sit, an taurus, non est cognoscere promptum.

Verum hoc aliud significat. *Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem Perdiderat,*] In trib. uet. Cum mente colorem. Quod mihi non prorsus displicet. *- motaeq. inbet supponere*

terrae

terrae Vipereos dentes] Hoc, opinor, ſumpſit ex Euripide in Phoeniſsis, ubi & de Cadmo, & de ſerpente, quem ille interfecit, ſcribit. Tangit & hanc rem Apollonius Rhodius lib. III. Arg. ubi fontem, apud quem ſerpens commorabatur, Aretiadam uocat. Cuius haec ſunt.

πόρε δέ σφιν ἰοῦσιν
χρειῶν αἰήτης χαλεποὺς ἐς ἄεθλον ὀδόντας
ἀονίοιο δράκοντος. ὃν ὠγυγίῃ ἐνὶ θήβῃ
κάδμος ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε
πέφνεν. ἀρητιάδῃ &c. ideſt: *dedit enim ipſis uenientibus*
Rex Aeetas periculoſos ad certamen dentes
Boeotici Draconis, quem Ogygiam ad Theben
Cadmus, quando Europen inquirens uenit,
Confecit, Aretiadae fonti cuſtodem exſiſtentem.
Vbi & habitauit, conductu bouis, quam ei Apollo
Tribuit ex uaticinio ducem uiae.
Illos autem Dea Tritonia maxillis eximens,
Aeetae tradidit dono, ſimulq. ipſi interfectori.
Sed iſte Boeoticis arans campis
Cadmus Agenorides, terrigenam concitauit populum,
Martis metentis qui ſub haſta occumberent.

At Euripides loco citato Dircen. Vbi ſapiẽtiſsimus Poeta, quẽ Apollonius & Ouidius ſequũtur, docet Cadmum Palladis conſilio ſerpentis dentes, ex quibus armati homines nati ſunt, ſeminaſſe. *Vipereos dentes,*] ſerpentinos. Sic & alibi:

Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos.

-acies apparuit.] Sic o. uet. libri. Impreſsi uero *Comparuit*. Illam ſequendam puto. *-creſcitq. ſeges clypeata uirorum,*] Libri ſ. o. *Clipeata*, per i noſtrũ. Sicq. Ocius: ſed hoc e Romana conſuetudine. Quod mihi, Giſanio aſſentienti, magis placet. *- iaculo cadit eminus ipſe.*] Vnus Vatic. *Eminus ille*. *- ſuoq. Marte cadunt ſubiti per mutua uulnera fratres*.] Eodem prope modo infra:

- Terrigenae pereunt per mutua uulnera fratres,
Ciuiliq. cadunt acie.

Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,] Sic optimi quique libri ſcripti. Alij quidam male habent, *Pectore terram*. Ouidius enim & in primo, & ſecundo libro *Terram*

matrem uocauit. *Terram*, sine ulla dubitatione est glossema alicuius, qui uerbum *Matrem* uoluit interpretari: posteaq. ab imperitis, qui, quid sibi matrem uellet, non intelligebant, receptum est. T. Liuius lib. I. *Imperium summum Romae habebit, qui uestrum primus o Iuuenes osculum matri tulit. Tarquinii, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi, expersq. imperii esset; rem summa ope taceri iubent. Ipsi inter se, uter prior, cum Romam rediisset, matri osculum daret, sorti permittunt. Brutus alio ratus Phythicam uocē uelut si prolapsus cecidisset, terrā osculo cōtigit: scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. — soceri tibi Marsque, Venusq. Contigerant.*] Euripides sub principium Phoenissarum ait, Cadmum uxorem duxisse Harmoniam, Veneris filiam, atque ex ea Polydorum suscepisse. Vide etiam Hesiodum in Theogonia. Theognis ait, Musas & Gratias Cadmi nuptijs affuisse, quae pulchrum carmen cecinerunt. Refert etiam Pindarus in Pythijs oda. III. cum Cadmus Harmoniam in uxorem duxit, Musas cecinisse: atque apud ipsum Cadmum Deos epulatos esse: a quibus & dona nuptialia accepisse. *—diciq. beatus Ante obitum nemo*] Hoc idem dicebat Antiochus, quinctus rex Syriae. Auctor iosephus lib. VI de bel. Iud. Hoc etiam significat illud Euripideum.

Μήπω μέγ᾽ εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς.

Idest: Neminem magnum, beatumq. dixeris prius, quam obiisse uideris.

Et illa Sophoclis in fine Oedipi Tyranni:

Ὥστε, θνητὸν ὄντ᾽, ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν᾽ ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Quorū haec sententia est: Proinde tu, quicumq. mortalis genitus, semper diem ultimum considera, ac neminē, antequam ultimum nō dolore ullo fatigatus, nec aerumnis feris uitae terminum egressus est, umquam beatum praedica. *Prima nepos inter res tot tibi, Cadme, secundas Caussa fuit luctus, alienaq. cornua fronti Addita, &c.*] Seneca ad superiorem Cadmi fabulam, & ad hanc Actaeonis absq. dubio respexit: Cuius haec sunt in Oedipo: Vbi eodem, quo hic Poeta noster, ordine eas describit.

Castalium nemus
Vnbram Sidonio praebuit hospiti,
Lauitq. Dirce Tyrios colonos.
Vt primum magni natus Agenoris
Fessus per orbem, furta sequi Iouis
Sub nostrae ramis constitit arboris
Praedonem memorans suum, monituq. Phoebi
Iussus erranti comes ire uaccae:
Quam non flexerat
Vomer, aut tardi iuga curua plaustri,
Deseruit fugas. nomenq. genti
Inauspicata de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monstra semper
Protulit tellus:
Aut anguis imis uallibus editus
Annosa supra robora sibilat,
Supraq. pinus:
Supra Chaonias celsior arbores
Caeruleum erexit caput,
Cum maiore sui parte recumberet.
Aut feta tellus impio partu
Effudit arma.
Sonuit reflexo classicum cornu,
Lituusq. adunco stridulos cantus
Elisit aere: non ante linguas
Alias & arma uocis ignotae
Clamore primum hostico experti.
Agmina campos cognata tenent,
Dignaq. iacto semine proles.
Vno aetatem permensa die
Post luciferi nata meatus.
Ante hesperios occidit ortus.
Horret tantis aduena monstris,
Populiq. timet bella ruentis.
Donec cecidit saeua iuuentus,
Genitrixq. suo reddi gremio.
Modo productos uidit alumnos,
Hac transierit ciuile nefas.
Illa Herculeae norint Thebae

Proelia fratrum.
Quid Cadmi fata nepotis,
Cum uiuacis cornua cerui
Frontem ramis texere nouis.
Dominumq. canes egere suum.
Praeceps siluas, montesq. fugit
Citus Actaeon. agiliq. magis
Pede per saltus, & saxa uagus
Metuit motas Zephyris plumas,
Et, quae posuit, retia uitat.
Donec placidi fontis in unda
Cornua uidit, uultusq. feros.
Vbi uirgineos fouerat artus
Nimium saeui Diua pudoris.

Seneca, Euripidem sequens, his carminibus fontem, apud quem, ut dixi, erat serpens, Dircem uocat. -*Per deuia lustra uagantes.*] In uno Vatic. *Per deuia rura.* *Fortunamq. satis.*] In eodẽ lib. *Fortunaeq. satis.* Eritq. *Fortunae* gignendi casus; -*altera lucem Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet,*] Placet magis, quo modo legitur in uno meo: *altera lucem Cum croceis euecta rotis.* Sed priore illo modo loquitur Virg. XII Aeneid. *Cum primum crastina caelo Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit.*

Diflat idem terra,]Idem Vatic. Meta. -*finditq. uaporibus arua.*] Alibi: *Sol licet admoto tellurem sidere findat.* -*nodosaq. tollite lina.*] id est, retia. Ita infra: *Nec lina sequi nodosa sinebam. Nomine Gargaphie,*] Sic emendandus est locus Vibij Sequestri, ubi loquitur de fonte, in quo Actaeõ Dianam nudam uidit. -*cura Dianae:*] lib. s. o. *Sacra Dianae. Sacra,* autem opinor, ualet consecrata. -*succinctus hiatus:*] In quattuor uet. lib. Incinctus hiatus. -*sparsos per colla capillos Colligit in nodum:*] Ita infra.

Crinis erat simplex nodum collectus in unum.

Sic Virg. lib. XI.

Tum croceam chlamidemq. sinusq. crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.

Lucanus itẽ in accusatiuo protulit. cuius sunt lib. III.

- tum uulnere multo
Effugientem animam lassos collegit in artus.

Hora-

Horatius autem in ablatiuo: *Myrrheum nodo cohibere crinem.* Sic & Q. Curtius: *Nec tamen sinus uestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Per nemus ignotum non certis passibus errans.*] In uno meo: *Non aequis passibus.* Ita Virg. lib. 11 Aeneid. *- sequiturq. patrem non passibus aequis. - Pectora Nymphae.*] In nonnullis uet. *Corpora Nymphae. Corporibus texere suis:*] Metaphora. Idem numerus apud Lucanum lib. supra citato:

Vulneribus texere suis.

Quae, quamquam comitum &c.] In eodem meo: *Quae, quamuis. In latus obliquum*] *obliquum*, sinistrum, laeuum. sic lib. x.

Iecit ab obliquo liquidum iuueniliter aurum.

- nec plura minata.] In uno Vatic. *Nec plura locuta. - uiuacis cerui.*] Ita quoque dixit Seneca, ut superius in eius uersibus potes uidere. Quod autem ad Cerui aetatem pertinet, sic Ausonius, de hominum aetate loquens:

Hos nouies superat uiuendo garrula Cornix,
Et quater egreditur Cornicis saecula Ceruus.

Pudor hoc, timor impedit illud.] Regius non satis in bonum & fidelem incidit librum, qui annotat Poetam abusum esse horum pronominum elegãtia. In uno Vatic. uno Maffei, itemq. duobus meis aperte legitur, *Timor hoc, pudor impedit illud.* Atq. huc respexit Seneca in Hippolyto,

Haud illum timor, pudorq. tenuit.

Ichnobatesq.] In omnibus antiq. scriptũ est *Ignobatesq.* per G ante N. Ita euenit in uerbo *Arachnes*: de quo ibi dicemus. *Quosq. referre mora est,*] sic alibi: *Et quos praeterea longa referre mora est.* Alio modo dicitur: *Longum est recensere: Longum est persequi. Heu famulos fugit ille suos.* In lib. Abb. *Heu fugit ille suos comites.* Sic & mox: *At comites rapidum &c. - iuga nota*] Cliuos, uel montium uertices, per quos antea saepissime ierat. *- solitis hortatibus.*] In Dominic. *Clamoribus.* In duobus meis, uno Vatic. *Latratibus.* Quod non uidetur improbandum. potest enim ad canes, de quibus loquitur, referri. *- tum linguam ad iurgia soluit.*] *Iurgia*, idest, conuicia. Sic Sallustius in Coniuratione Catil. *Postremo dissimulandi caussa, aut sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, uenit in senatum.* Liuius lib. xxxix. *Et primo*

mo lacessere iurgijs: deinde altercatione orta cum accenderentur irae, ferocissimi exsulum impetum in Lacedaemonios fecerunt. Et lib. XLII. *Ibi cum laceratus iurgijs multorum esset.* - *si sum regina, Iouisq. & soror & coniux.* Et soror, & coniux:] Declarat hoc M. Tullius lib. II de nat. Deor. *Aer autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare, & caelum, Iunonis nomine consecratur, quae est soror & coniux Iouis; quod & similitudo est aetheris, & cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autē eum, Iunoniq. tribuerunt, quod nihil est eo mollius.* Et Macrobius lib. I Saturn. cap. XVII. *Hinc Iuno & soror Iouis, & coniux uocatur. Est autem Iuno aer, & dicitur soror, quia ijsdem seminibus, quibus caelum, etiam aer est procreatus. coniux quia aer subiectus est caelo.* Lege etiam Seruium in primo Aeneid. - *nec sim Saturnia.*] Emenda ex ambob. meis, uno Maffei, & Caelestinis, *Nec sum. De Ioue.*] Lege, *Ab Ioue*, ut habent uet. libri. *Sulcauitq. cutem rugis.* Alibi:

Iam uenient rugae, quae tibi corpus arent. Et:
Iamq. meos uultus ruga senilis arat. Virg. VII.
Et frontem obscenam rugis arat. Horat.
Cum sit tibi dens ater, & rugis uetus
Frontem senectus exaret.

- *& curua trementi Membra tulit gressu.*] Ita omnes uet. Alij ineptissime legunt, *& curua rigenti &c.* Verum in s. libris est *Passu*, non *Gressu.* - *patrioq. tener Insuitur femori,*] Quo modo fictum sit, Iouem, exstincta Semele, Bacchum potuisse in femore, docet Q. Curtius lib. IIX. *A Libero patre conditos,* loquitur autem de incolis Nysae, *se esse conditos dicebant, & uera haec origo erat: sita est sub radicibus montis, quem Meron incolae appellant.* Inde Graeci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse caelatum. *Seposuisse graues,*] In uno meo, Dominic. & Abb. *Deposuisse.* - *&, maior uestra profecto est &c.*] Qui hoc plenius auet cognoscere, legat Apollodorum lib. III. qui huius rei uarias refert opiniones. *Prima fide,*] *Fide* hoc loco, pro *Fidei*, ut infra, & apud Horatium: *Constantis iuuenem fide.* *uociferatae.*] Lege, *datae*, auctorib. manuscriptis lib. *Caerula Liriope*] In uno meo *Candida Liriope.* - *iam tunc qui possit amari,*] In Dominic. *Qui tunc quoq. possit amari.* *Nam quater a' quinos &c.*] Ita legēdū cōtendit quidā λύρων ἀρετῆς.

Pessime.

Pessime. Melior omnino, & uerisimilior est lectio Vrsini, Vaticani, uetustioris mei, & unius Caelest. *Namq. ter ad quinos. Multi illum iuuenes, multae petiere puellae.*] sic lib. 1. *Multi illā petiere.* Sed in lib. meo antiquiore, utroq. Maffeiano, Vaticano, Abb. & Caelestinis legitur, *Cupiere puellae.* Quod quodam modo mihi lepidius uidetur. Liber autem hoc loco narrare, quendam, qui postremo commentarios scripsit in Catullum, ualde ab hac, quam retuli, lectione recessisse. Legit enim hoc modo haec tria carmina.

Multi illum iuuenes, multae optauere puellae,
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
Nulli illum iuuenes, nullae optauere puellae.

Hoc ait, cū uoluit ostendere, eodem paene modo locutum esse hūc nostrum, quo Catullus in Carmine nuptiali.

Multi illum pueri, multae optauere puellae,
Idem cum tenui captus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optauere puellae.

Miror hominē eruditum ita leuiter memoria uacillasse, Est enim contra omnes libros tum impressos, tum scriptos. Illud autem non infitias iuerim, Ouidium ad illa, quae modo protuli, carmina respexisse. *-tam dura superbia &c.*] lib. uet. *Tam diras Corpus adhuc Echo, non uox erat.*] De Echo exstat epigramma hoc Ausonij Galli:

Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotamq. oculis sollicitare Deam?
Aeris & linguae sum filia, mater inanis,
Indicij uocem quae sine mente gero.
Extremo pereunte modos a fine reducens,
Ludificata sequor uerba aliena meis.
Auribus in uestris habito penetralibus Echo,
Et, si uis similem pingere, pinge sonum.

-qua sum delusa;] In meo uetustiore, Vaticano, uno Caelest. & Dominicano, *Qua sum decepta. O quoties uoluit.*] In eodem meo, *Ha quoties. Sed Quoties* est etiam in o. scriptis. *- natura repugnat,*] Sic uet. lib. *Hic quis adest?* In Vaticano, uno Maffei, & uno meo: *Et quis adest?* Quod magis probo. *- haeret amor,*] Dubitat. Plautus in Mercatore: *Nimium negotij repperi, enim uero haereo.* M. Tullius lib. de

off.

off. *Sed aqua haeret, ut aiunt. Inde latet siluis,*] In meo uetustiore, *Illa latet.-sic alias undis,* Idest, Naiades. *-aut montibus ortas,*] Oreades. Vide ad illud Virgilii lib. 1 Aeneid. *Hinc atq. hinc glomerantur* Oreades. *-assensit precibus Rhamnusia iustis.*]Rhamnusia putabatur sceleratorum, arrogantiumue hominum ultrix. Ouidius alibi:

Exiget ac dignas ultrix Rhamnusia poenas.

Rhamnusia hoc loco significat fortunã. Qua de re uide quae disputat in prima orat. in Catilinam, doctissimus, disertissimusque uir M A. Muretus. *Dumq. sitim sedare cupit,*]Sic Lucretius:

Et sedare sitim prius est, quam pocula, natum.

Idem:

Ad sedare sitim fluuij fontesq. uocabant.

Auctor ad Herenniũ: *Neq. habeat, qui sitim suam sedat: Spem sine corpore amat:*]Iure hoc loco reprehensus est Regius ab alijs uiris doctis. *Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines.*] Deprauatus est omnino hic uersus, qui ita restituẽdus est. *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.* Hoc enim modo legitur in utroq. meo & Caelestino. In uno Maffei est litura in uerbo *Digitos*, ut facile appareat in eo prius legi *Dignos. - pariterq. accendit.*] In ijsdem meis, *Incendit. & ardet.* Quod magis probo. *Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti, In medias quoties uisum &c.*] Emenda ex utroq. meo, & alijs, *Irrita fallaci quotiens dedit oscula fonti, In medias totiens uisum &c. Abstrahere inde potest:*] Vatic. Caelest. atque antiquior meus, *Extrahere. Nec uia, nec montes, nec clausis moenia portis:*] Lege, ut aliquot uet. habent, inter quos mei: *Non uia, non montes, non clausis moenia portis.* Ita enim suauius est. *Nã quoties &c.*]Et hic & ubiq. lib. 5. *Quotiens, & Totiens* habent. *Ille ego sum,*]In uet. *Ipse ego, - quid deinde negabo?*] Corrige auctoribus uetustis exemplarib. *quid deinde rogabo? Quod cupio, mecum est.*] De Narcisso, qui sui amore captus erat, ita Ausonius:

Si cuperes alium, posses Narcisse potiri,
Nunc tibi amoris adest copia, fructus abest.

Idem, de eodem:

Quid non ex huius forma pateretur amator,
Ipse suam qui sit, deperit effigiem?

-summa

-*summa uestem diduxit ab ora.*] Non sane uideo, quare Regius a lectione, quam repererat, recesserit. Tu hoc modo lege, adiuuantibus omnib. lib. s. *Summo uestem deduxit ab ore.*] *Ab ore,* hoc loco, ualet a pectore, unde uestis incipit: uel, quoniam loquitur de mare, ab ore, hoc est a mento uel collo. *Os* enim apud Latinos pro tota facie ponitur. Quinetiam pro tota illa, quae cernitur, parte. *Deducit,* hic significat, lacerauit. Vt apud hunc ipsum Poetam. Alibi:

Aut tunicam summa deducere turpiter ora?

Et infra lib. v.

Summa uestem laniaret ab ora.

Quod fortasse Regium, ut ita legeret, decepit. Periculosum, & temerarium saepe est, ab antiquis libris discedere. -*marmoreis palmis.*] Id est, candidis. Vt alibi:

Aurea marmoreo redimicula demite collo.

Lucilius, citat Nonius:

Hic corpus solidum inuenies, hic stare papillas,
Pectus marmoreum.

Ille caput uiridi fessum submisit in herba.] Aliquot uet. lib. *Viridem fessum submisit in herbam.* ut idem sit cum illo, quod superius dixit. *Tenerasq. latus submisit in herbas.* -*postquam est inferna sede receptus,*] De Echo, dolente propter Narcisi mortem, legitur Ausonij Tetrastichon:

Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum, resecuta querellis,
Vltima nunc etiam uerba loquentis amat.

Contulerat famam,] Libri scripti, *Attuleras.* -*quam non procul auguror esse.*] Liber Caelest. *quam iam haud auguror esse.* -*& sanguine siluas Foedabis*] Id est, tuo sanguine foedas reddes. Ita Virg. 11 Aeneid.

-*patrios foedasti sanguine uultus.*

Eueniet:] Vetusta exemplaria, *Et ueniet.* Rectius, & sub audi, dies. *Meq. sub his tenebris.*] In uno meo. *Sub his latebris. Et uulgus proceresq.*] In meo antiquiore, & uno Caelestino, *Vulgusq. Proceresq.* Quod magis mihi probatur. Vide, quae dixi lib. 1 ad illum locum: *Sunt mihi semidei, sunt rustica numina, Nymphae, Fauniq. Satyriq. & monticolae* Sil-

Siluani. PROCERES, ut ex Varronis sententia refert Seruius, Principes Ciuitatis dicuntur, quia eminent: nisi ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur *A TYRO hic profugos posuisiis sede penates:*] Ita habent manuscripti o. lib. itaq. legendum pro comperto arbitror. Quidquid Fanensis somniet, aliorum sit iudicium. A scriptis lib. mihi non placet transuersum, ut aiunt, digitum discedere. Intelligo autem, cum locus non est corruptus, & sensus recte percipi potest. De Tyro sic Q. Curtius lib. IIII. *Tyrus septimo mense, quam oppugnari coepta est, capta est: Vrbs & uetustate originis, & crebra Fortunae uarietate ad memoriam posteritatis insignis, condita est ab Agenore, diu mare non uicino modo, sed quocumque classes eius adierunt, ditionis suae fecit. Et, si famae libet credere, haec gens litteras prima aut docuit, aut didicit.* De hac etiam Marcellinus lib. XIV. *Post hanc acclinis Libano monti Phoenice regio plena gratiarum & uenustatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in quibus amoenitate celebritateq. nominum Tyrus excellit, Sidon & Berytus, iisdemq. pares Emissa & Damascus, saeculis conditae priscis.* Et Orosius lib. III cap. XVI loquēs de Alexādro. *Tyrum Vrbē antiquissimam & florentissimam, fiducia Carthaginiensium cognatorū sibi obsistentē oppressit & cepit.* Iustinus lib. XVIII. *Piscem Phoenices Sidon uocant: post multos deinde annos a Rege Ascaloniorum expugnati, nauibus appulsi, Tyron urbem ante annum Troianae cladis condiderunt.* Diodorus lib. XVII ait captam fuisse olympiade CXII. *Sed madidi myrrha crines, mollesq. coronae.*] In meo uetustiore, *Sed madidus mirrha crinis &c.* In uno Caelest. Dominici et alijs quibusdam, *Sed madidus myrrha crinis, mollisq. corona.* *obstructaq. saxa iacebant,*] O. fere lib. s. *Tenebant.* *& tradunt manibus post terga ligatis,*] In quibusdam liet. *Post terga reuinctis.* Vtrumq. recte. Aliter infra: *flexis post terga lacertis.* et Prudentius:

— manibusq. in terga retortis.

Horatius lib. III oda V.

— uidi ego ciuium

Retorta tergo brachia libero.

Liuius lib. v. *Denudatum deinde eum, manibus post tergum il-*

ligatis,

ligatis, relucendum Falerios pueris tradidit. et lib. IIII Trist.

Pars agitur uinctis post tergum capta lacertis
Respiciens frustra rura laremq. suum.

Aliter Virgilius lib. XI.

Vinxerat & post terga manus. Sic et Liuius lib. IX.

Manus post tergum uincliri iubent.

- nomen mihi, dixit, Acoetes,] Ita habet antiquior meus, et uterq. Maffeianus. *- linoq. solebat & hamis Decipere, & calamo salientes ducere pisces:*] Hunc locum imitatus est Seneca in Hercule Oeteo: *Fluctibus tectos graues extrahere pisces rete, uel calamo leui, salientes ducere pisces:* sic Martialis

Et piscem tremula salientem ducere seta.

- & ducor dextris ad litora remis.] Temere quidam ita legunt, et corrigunt. O.l:s. *Et dextris adducor litora remis.* Solent enim saepissime Poetae praepositionem uerbo addere, et nomini detrahere. Huius rei, praeter alios, plenus est Horatius. *- monstroq. uiam.*] Sic loquitur M.T. pro Balbo. *Qui erranti comiter monstrant uiam.* Et apud eundem:

Vt homo, qui erranti comiter mostrat uiam:

Et apud eundem alius Poeta:

Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam.

Plautus in Rudente: *Saltem aliquem uelim, qui ex his locis mihi uiam, aut semitam monstret. Ille mero, somnoq. grauis*] Alibi:

Iamq. cibo, uinoq. graues, somnoq. iacebant.

Virgilius lib. II Aeneid.

Inuadunt urbem somno, uinoq. sepultam,

Infra: *Et corpora uicta sopore inuadunt.*

Ennius:

Hunc hostes uino domiti, somnoq. sepulti.

Liuius lib. IV. *Deinde festo die graues somno, epulisq. incolas ueteres noui coloni nocturna caede adorti. - pro nobis mitte precari.*] In uno meo, *Pro nobis siste precari. - quo me deferre paratis.*] In uno Caelest. non *Paratis*, sed *Putatis* legitur. *inquit Opheltes.*] Ita est in antiquis. *Velaq. deducunt,*] Regius, *Deducunt*, dissoluunt, exponit: nimis frigide, et otiose. Tu uero explana: tollunt, extendunt, et, ut loquitur Plautus, *explicant.* Infra:

Carbasa deducit, ne qua leuis effluat aura.

Lucanus lib. I.

Stri-

Strictaq. pendentes deducunt carbasa nautae.

Huius antitheton est *Cōtrahere uela.* Cicero ad Att. *Quid quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, multis interp. uerbis, contraxi uela.* Alibi hic noster:

Propositiq. precor contrahe uela tui.

Horat. lib. II. odar. *Sapienter idem*
Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela.

Corporeque: et presso spinae curuamine flecti Incipit.] Duo Vatic. Alter Maffei, *Corpore depresso &c.* In meo uetustiore et uno Caeleft. antea legebatur, *Corporeq. presso*. Sed frustra forte immutatum est. *Que* saepissime producitur. *Vndiq. dant saltus,*] sic paullo supra: *Doq. leues saltus*. *- acceptum mare*] Id est, aquam ex mare acceptam: Continens pro contēto. *-uixq. animū firmat Deus, excute dicēs Corde metū.*] Variāt hoc loco libri praelo subiecti, uariant itē scripti. In uno Maffei, *Vixq. meum &c.* In altero priore illo modo emendatum est. In uno meo aperte legitur, *Corq. meum firmat Deus &c.* Ad cuius marginem aliena manu apposita est glossa, *Vixq. metum.* Quo modo est in meo uetustiore, & duob. Vatic. & uno Caeleft. In altero eiusdē Coenobii, *Vixq. metum firmans Deus, excute dixit.* Doctissimus uir, acerrimoq. iudicio, et ingenio praeditus M. A. Muretus legendum putabat, *Corde metum firmat Deus &c.* Ego sollerti & ingenioso lectori iudicandum relinquo. Interim postulo mihi iudicium ampliari. *-firmat Deus:* Bacchus. *excute dicens*: Sunt, qui hoc loco Acoetem intelligant, quem alloquitur Bacchus. Aliqui Opheltem. Probabilior superior uidetur opinio. *-longis ambagibus.*] Sic Horatius in epist.

- ne te longis ambagibus ultra,
Quam satis est, morer.

Virgilius lib. I. *-longa est iniuria, longae*
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.

Lucretius lib. VI
Et nimium longis ambagibus est adeundum.

Et hic noster:
- non longis opus est ambagibus, inquit.

Vtitur et hoc uerbo Terētius in Heautontimor. act. II

scaena

scena II. Alibi *Circuitionem* dixit. M.Tullius item *Circuitionem*, & *Amfractum*. Ambages autem uerbum poeticum esse arbitror. Licet eo utantur Liuius, & Tacitus: sed, historiam esse carmen solutum, constat. *ad sacra Cithaeron*] *Cithaeron* est mons Boetiae, ubi Liberi patris sacra celebrantes matres Pentheum discerpserunt. Haec Lutatius.

Prima suum misso uiolauit Penthea thyrso Mater:] Pentheus sibi ipsi, et suis luctum significat. Hoc ex Mureto publico in gymnasio accepi.



D HER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN. P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. IV
Obseruationes.



Mmunesq. operum famulas.] Tolle *Que*, auctorib. opt. libris scriptis. *Telasque, & calathos,*] Liber Maffeianus optime habet, *Telasque, calathosq. -Oriens tibi uictus, ad usq. decolor extremo qua cingitur India Gange.*] Bacchum de Indis triumphasse, alibi etiam docet.

Interea Liber depexos crinibus Indos
Vicit, & Eoo diues ab orbe redit. Et:
Sic Victor laudem superatis Liber ab Indis,
Alcides capta traxit ab Oechalia.

Decolor India: Sic Seneca in Hippolyto: *Tunc uirgatas India tigres decolor horret. qua cingitur India Gange*: Ganges septem amnibus fluit, ut Nilus. Virg. lib. IX.

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges.

Vide ibi Seruium. Fallitur autem Lutatius, exponẽs illud Statii IV. Thebaidos, *Aut tumidum Gangem.* Vbi ait Ouidius de Gange:

Per septem portus in maris exit aquas.

Ouidius enim non de Gange, sed de Nilo loquitur. Versus, quem ille adducit, legitur hoc modo lib. II. Elegiarum: *Quaq. celer lato Nilus delapsus ab alueo*
Per septem portus in maris exit aquas.

De Gange sic Q. Curtius lib. IIX. *Ganges omnium ab ortu fluuius eximius, a meridiana regione currit, & magnorum montium iuga recto alueo stringit.* Et mox: *Ceterum non Crocodillos modo, uti Nilus, sed etiam Delphines, ignotasq. alijs gen-*

gentibus belluas alit. De quo etiam quaedam scitu digna scribit Aelianus de nat. animalium lib.XII. cap. XXIIX.
-*& pando non fortiter haeret asello.*] M. Tullius pro Deiotaro, cum *In* praepositione dixit: *Vix haerere in equo senex poterat.* Alio modo loquitur ipse alibi:

Ebrius ecce senex pando Silenus asello
Vix sedet, & pressas continet arte iubas.

-*turbantes festa Mineruа,*] Ita lib. uet. Quidam non *Festa,* sed *Sacra* legunt: quibus ut assentiar, nullo modo adduci possum. Libro sequenti ait: *Festumq. canenlo.* *Aut ducunt lanas,*] Iuuenalis satyra II. *Vos lanam trahitis.* -*aut stamina pollice uersant.*] Ipse alibi: *digitis dum torques stamina duris. E quibus una leui deducens pollice filum.*] Qui Fusum hoc loco legunt, fundunt ipsi quidem stultitiam suam. Priore illo modo scripti o. libri. Alibi:

Crassaq. robusto deducis pollice fila.

-*coluisse figura:*] Ita in duobus Vatic. et uno Maffei. In meo autem antiquiore, et alio Vaticano, *Celebrasse figura.* Haec lectio magis mihi arridet: quam germanam et ueram plane puto. Sic utitur hoc uerbo infra: *Parsq. forum celebrant.* Et lib. VII. -*Cygneia Tempe, quae subitus celebrauit olor.* Et lib. X.

Isq. metu uacuus, naturaliq. pauore
Deposito celebrare domos, mulcendaq. colla
Quamlibet ignotis manibus praebere solebat.

Et lib. XIV.

Naiades aequoreae: summisq. in montibus ortae
Molle fretum celebrant. Et aliis in locis, quos parcam scribere. M. Tullius ad Atticum lib. II ep. XXII. *Domus celebratur: occurritur: renouatur memoria consulatus: studia significantur: in eam spem adducimur, ut nobis ea contentio, quae impendet, interdum non fugienda uideatur.* *Celebrasse* etiam reperit uir doctissimus, et summo peracriq. ingenio et iudicio praeditus, Ob. Gifanius in lib. quibusdã antiquis, ut in notis in Lucretium suis testatur. In quibus nonnullos Ouidii locos ex uet. libris ipse quoque felicissime restituit. Vnum doleo uehementer, quod praeclari illi sui labores sero admodum in manus meas peruenerint: ita ut eos cum his, qui a me restituti sunt, conferre

ferre non potuerim. In alio libro meo, et quibusdã alijs legitur *Mutasse*: male omnino. Quod ex *Celebrasse* uocis similitudine natum esse crediderim. *Extremos altis in turribus egerit annos:*] In uno Vatic. *Egerit extremos altis in turribus annos*. Qui numerus non est despiciendus. *-in tacitos pisces*] sic Naeuius dixit *Mutos quadrupedes*. cuius haec sunt in Lycurgo: *Ducite eo argutis mutos quadrupedes*. Cicero in uersib. Arataeis *Mutos pisces*.

Ipse autem labens mutis equus ille tuetur
Piscibus.

Ita praeclare emendauit Muretus. In uulgatis pessime legitur *Multis*. Idem ep. I. lib. I. ad Q. fratrem. *Muta pecuda*. Agit enim ibi Cicero de duobus piscibus, hoc est signo Caelesti. *-ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.*] Propertius:

Persarum strauit Babylona Semiramis Vrbem,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus,
Et duo in aduersum misit per moenia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus.

De Babylone, eiusq. murorum aedificiis ita scribit Q. Curtius lib. V. *Semiramis eam condiderat, uel (ut plerique credidere) Belus: cuius regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine inter litus, spatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur: Quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri centum cubitorum eminet: Turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII stadia complectitur. Singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriae proditum est. Aedificia non sunt admota muris, sed fere spatium unius iugeri absunt*. & reliqua. Ammianus autem in hunc modum lib. XXIII. *In Assyria splendidissima urbs est Babylon, cuius moenia bitumine Semiramis struxit, arcem enim antiquissimus rex condidit Belus. Semiramis prima omniũ teneros mares castrauit*. Idẽ lib. XIV. Atque hoc illustratur locus ille e lib. II Am. eleg. III.

Qui primus pueris genitalia membra recidit,
Vulnera, quae fecit, debuit ipse pati.

Haec eadem, post Nini, eius uiri, mortem, quoad eius filius adolesceret, uirum ementita est. Claudianus in

Eu.

Eutropium lib. I.

-seu primae Semiramis astu
Assyrijs mentita uirum, ne uocis acutae
Mollicies, mollesq. genae se prodere possent
Hos sibi coniunxit similes, &c.

Qui plura cupit, legat Iustinum lib. I. & Hyginum. Obseruauit haec optimus frater meus, M. Antonius. Si quis praeterea scire auet, quo modo, quoue astu Semiramis ad regnum peruenerit, legat Muretum lib. VI cap. XVII. Variarum lectionum. Vbi multa, quae sunt cognitu dignissima, ex Graecis auctoribus accurate, & diligenter, ut solet omnia, collegit. Qui nunc maximo omnium cum applausu in Iure ciuili publice illustrando ita uersatur, ut excellat. De quo meritissimo illud dici potest, quod olim de Isocrate proditum est litteris: Cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano, meri Principes exierũt. *-tanto magis aestuat ignis.*] Vet. libri. *tectus magis.* At Seruius illo priore modo legit, proferens hunc locum ad illud Virg. lib. III. Aen. *-& caeco carpitur igni. Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim.*] Supra lib. II. *Fissaq. agit rimas.* Et infra: *Arbor agit rimas.* Et elegia de Nuce:

At cum maturas fisso noua cortice rimas
Nux agit, ad partes pertica saeua uenit.

M. Tullius ad Attic. *Tabernae mihi duae corruerunt: reliquae rimas agunt.* Et nescio quis Poeta:

Agente terra per caniculam rimas.

Seneca etiam priore illo modo locutus est in Oedipo: *Duxere rimas robora.* Ex quo apparet & *ducere*, & *agere rimas*, idem esse. *Id uitium, nulli per saecula longa notatum.*] Lib. s. o. *notatum est. Et uocis fecistis iter.*] Ita infra: *Vtraq. praestant uocis iter. -sede locuti*] Abb. liber. *Parte locuti. Sub noctem*] Paullo ante noctem. sic lib. XI.

Cum mare sub noctem tumidis albescere coepit
Fluctibus.

Postera nocturnos Aurora remouerat ignes,] lib. VII.
Postera depulerat stellas Aurora micantes.

Solq. pruinosas radijs siccauerat herbas.] *Pruinosas herbas*: Pruina aspersas, uel madidas. *Ad solitum coire locum.*] In utroq. meo, duobus Vatic. *Ad solitum rediere locum,*

cum. Vtrumque recte. Hic noster alibi: *Medium coeamus in aequor*. Liuius lib. xxv. *Quo minus in unum coirent*. - *ut nocte silenti Fallere custodes*.] In uno meo & uno Vaticano legitur, *Nocte sequenti*. -*cardine uersato*] Infra.

Ianua ne uerso stridorem cardine reddat.

Sic & Tibullus eleg. II lib I.

Nec furtim uerso cardine aperta sonet.

- *& aquis nox surgit ab iisdem*.] In duobus meis, & aliquot alijs *Exit*. - *dicta sub arbore*] *Dicta* hoc loco ualet, ut apud Terentium in Andria: *Hic dies dictus est nuptijs*. Et apud Caesarem lib. I de bello Gallico: *Dies colloquio dictus est ex eo quinctus*. -*diuellite*] dilacerate, discerpite. Seneca in Thebaide: *Mea membra passim spargite, ac diuellite, consumite uiscera morsu*,] Liber Dominic. *Viscera dente*. Et caue, ne hoc loco legas *Corpora morsu*, ut quidam. Reclamant manuscripti libri. *Sed timidi est optare necem*.] Ad hunc locum respexit Seneca in eadem, quam proxime nominaui, Tragoedia. Vbi est paullo plenior, & abūdantior, quā hic Poeta noster. Eius uerba sunt:

Quare ipse mortem cupiat, aut quare petat:
Vtrumq. timidi est uelle.

Consciscere sibi mortem ignaui fuisse hominis, non autem fortis, ut uulgo putatum est, ex Aristotelis sententia, & D. Aurelij Augustini, iampridem docuit Muretus in libris Variarum lectionum. - *& ad pactae secum fert arboris umbram*.] Paullo superius *dictam* dixit. M. Tullius in prima orat. in Catil. more suo coniunxit *Pactam*, & *Constitutam*. Cuius haec ibi leguntur: *Sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem?* -*& ad pactae secum fert*: Quidam legunt: *Et ad pactae confert*. Pessime. - *& tenuis stridente foramine longe Eiaculatur aquas*.] In uno meo, Abbatis', uno Caelest. uno Maffei & Dominic. legitur, *Et tenui stridente foramine longas &c.* In altero Caelest. & altero Maffei, non *Longas*, sed *Latas*. In altero meo, *Et tenuis stridente foramine longas*. Quae lectio si uiris doctis recipienda uidetur, *Longas* expono, longe emissas, uel iactas. *Purpureo tingit*,] In eodem meo, Puniceo. - *& uisam cognoscit in arbore formam*.] Idem liber, *Cognouit*, non, *Cognoscit*. Alter Caelest. *& uersam cognoscit in arbore formam*.

Quod

Quod mihi probatur maxime. Arbor enim colorem rubeum contraxerat, ut sequens indicat carmen. - *oraq. buxo Pallidiora*] sic & ille alter:

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior, nouaq. cera.

Catullus hoc idem significauit hisce uerbis:

Hospes inaurata pallidior statua.

Et ipse alibi:

Membraq. sunt cera pallidiora noua.

- *oculos in morte grauatos*] In utroq. meo, *Iam morte grauatos*. Quod magis uidetur quadrare. *His tamen amborum uerbis*] In meo antiquiore, & uno Caeleſt. *Hoc tamen estote rogati.*] Hoc loquendi genere utitur etiā eleg. III lib. I. Trist.

Este salutati tempus in omne mihi.

Incubuit ferro,] Ita Seneca in Hippolyto: *Laqueo ne uitam finiam, an ferro incumbā.* - *Leucothoe*] sic est legendum ex uet. libris. Falso est in quibusdam impressis, *Leuconoe*. - *& laqueos, quae lumina fallere possent, Elimat.*] De hoc secundo de Arte:

Mulciber obscuros, lectum circaque, superq.
Disponit laqueos lumina fallit opus.

Haec fuit in toto notissima fabula caelo.] Eodem lib.

Fabula narratur toto notissima caelo,
Mulciberis capti Marsque, Venusq. dolis.

Vbi hanc ipsam rem longo carmine persequitur. - *modo surgis Eoo temporibus &c.*] Seneca de solis amore, multis omissis uersib. ita loquitur:

Nec suum tempus tenuere noctes,
Et dies tardo remeauit ortu.

Quibus sane uerbis uidetur ad hunc nostri poetae locum respexisse. - *palles: facit hunc amor ipse colorem.*] *Pallere* propriè amantum est. Alibi:

Palleat omnis amans, est hic color aptus amanti:
Hoc decet, hoc multi non ualuisse putant.

- *despecta petebat Concubitus*.] Quidam male legunt, *Despecta tenebat*. - *caelestia pabula carpunt*,] Ita uet. lib. itaq. legendum. - *stamina fuso*.] Hic quoq. ex *Fuso* fecerunt *Filo*. Perperam. Annotarunt praeterea, hoc loco *Fusum*

esse generis neutri. Idq. falsissimum est. Non enim liquido intelligi potest ex hoc loco, cuius sit generis: Mox uero id, quidquid est, perspicue apparebit. *Laeuia uersato ducentem stamina fuso*] sic prope alibi:

Tortaq. uersato ducentes stamina fuso.

Eripite arbitrium] Lege ex fide opt. uet. *Abripite. Et colus, & fusus digitis cecidere remissis*] Male est in quibusdam typis excusis, *Et colus & fusi*. Illo modo uet. omnes. Hũc quoq. locum imitatus est Seneca in Hippolyto:

Palladis telae uacant:

Et inter ipsa pensa labuntur manus.

In ueram rediit speciem,] In utroq. Caelest, *In ueram faciem. Multaq. conquestus,*] Libri scripti, *Multaq. praequestus.* Rectius. *radicibus actis*] Alibi:

Et mala radices altius arbor agit.

Hoc etiam leges apud Ciceronem. *- & sub Ioue*] sic & alibi.

Sub Ioue durauit multis immota diebus.

Et:

Turpis & agricolae, qui uomere semper adunco,
Et grauibus rastris sub Ioue uersat humum.

Horat. oda 1. *manet sub Ioue frigido*
Venator tenerae coniugis immemor.

- nudidis incompta capillis:] Lib. uet. *nudis incompta capillis.* Quam lectionem libentius sequor. *Contulit in saxum.*] In uno meo & Dominic. *Transtulit. Ambiguus fuerit modo uir,*] In uno Caelest. *Ambiguus fuerat.* In meo uetustiore, *Fieret.* Vtrum rectius, uideant alij. *- modo femina, Scython.*] In uet. omnib. *Siton. - Studio minuente labores.*] Abbatis liber, *Remouente laborem. Solaq. Naiadum celeri non nota Dianae,*] Idem liber. *Celebri non nota Dianae.* Quam lectionem non improbo. Nam *Celebris,* ut notauit Nonius Marcellus, ponitur pro ueloci. apud quem ita est.

Celebri gradu gressum accelerare decet.

Nec tamen ante adyt, & si properabat adire] In uno meo, *Nec tamen hunc adyt, quamquam properabat adire.* Quae lectio sine ulla dubitatione uidetur probabilior. *- & quae dedit oscula nutrix.*] Ita legunt quidam, sed insulse. Tu emẽ a, ut est non solum in manuscriptis, sed etiam in impres-

sis

ſis quibuſdam: *& quae dedit ubera nutrix*. &, ut ita legatur, ſenſus quoq. poſtulat. *- longeq. beatior illa eſt*,] In uno meo & Dominic. *Longeq. potentior. -dignal ere taeda*.] Taeda pro nuptijs, continens pro contento. Sic ſuperius: *Taedae quoq. iure coiſſent*. Huc faciunt Varronis uerba, quae citantur a Seruio, illud Virgilii interpretante: *Mopſe, nouas incide faces. Ideo faces praeire nuptas, quod antea non niſi nocte ducebantur a ſponſis*. Taeda autem, eſt arbor, ex qua faces fiebant. Hinc factum eſt, ut faces, quae in nuptijs adhiberentur, pro nuptijs & coniugio ponantur. *-pueri rubor ora notauit*] Rubor in iuuenum facie ualde cōmendatur. ſupra:

Pulchra uerecundos ſuffundens ora rubore

Et: *Nudaq. ſimplicitas, purpureus ue pudor*.

Et: *Conſcia purpureus uenit in ora pudor*.

Catullus: *Tardet ingenuus pudor*.

Quod declarans diſertiſsimus uir, atque omni uirtutum genere politiſsimus, M. Antonius Muretus, haec ſcitu digna ibi collegit: Nihil eſt, inquit, quod magis iuuentutem deceat, quam honeſtus pudor. Itaq. M. Cato dicebat placere ſibi iuuenes, qui erubeſcerent, non qui palleſcerent. Et Diogenes uerecundum illum ruborem colorem uirtutis eſſe indicabat. Et Pythias, Ariſtotelis filia, interrogata, qui ſibi color uideretur pulcherrimus, eum reſpondit, qui in ingenuis ex pudore enaſceretur. Haec Muretus noſter. *- pendentibus arbore pomis*] Ita uet. lib. Alij legunt, *Malis*, non *Pomis*. Prior lectio magis mihi probatur: eſt enim ſignificantior. *- at ille Vt puer, & uacuus*] Pleriq. libri uet. *At ille ſcilicet ut uacuus*. Statuant doctiores, quo modo ſit legendum. *- taloq. tenus ueſtigia tingit*.] In uno meo, *Frangit*. *- nudaeq. cupidine formae*] In uno Caeleſt. *Viſaeque. Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phoebus*] ſic lib. ſcripti. Quidam hoc loco non *Referitur*, ſed *Refertur*, malunt legere. ego ab ijs diſſentio. *- alterna brachia iactās*.] Sic eſt in lib. meis. In uno Maffei & aliquot alijs, *Ducens*. *Signa tegat claro*.] Vnus liber meus, *Signa tegat puro*. *- inuitaq. pectora*.] Ita lege ex uet. lib. auctoritate. *Vtq. ſolent ederae longos intexere truncos*:] Liber meus, & Dominic. *Intexere ramos*. *- deprehenſus Polypus hoſtem*] Ita eſt in uet.

omni-

omnibus. Alij aliter, male. Polypi descriptionem pete e paucis, & non integris uersibus illis, qui e libro, quem Halieutica inscripsit, supersunt: & ex Aeliano cap. XI: lib. VII de Natura animalium. *-nec me diducat ab isto.*] Liber Dominic. *Seducat.* Alii uet. ad unum habent, *Deducat.* Quod uerum est. Sic Propertius:

At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.

M. Tullius lib. I de Inuentione: *Cum deducaris ab eo, qui eum libentissime uixeris. Vota suos habuere Deos,*] In ambob. Caelest. *Tetigere. -conducat cortice ramos,*] Ita est legendum. non autem audiendi sunt illi, qui legunt, *Inducat. -& incerto fontem medicamine tinxit.*] Hunc fontem Statius uocauit dolosum, quod, si uir in eum ingrederetur, Hermaphroditus ab eo exiret: atque ita eum falleret. Eius uerba sunt in balneo Etrusco:

Non uos quae culpa decus infamastis aquarum
Sollicitare iuuat procul hinc, & fonte doloso
Salmacis: & reliqua.

Tinnulaq. aera sonant, & olent myrrhaeque, crociq.] Emenda, & lege, ex duobus meis & aliis antiquis: *Tinnulaq. aera sonant, redolent. Pars abit in uites,*] In uno meo, & Dominic. *In frondes. Iamq. dies exactus erat, tempusq. subibat, Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem, Sed cum luce tamen dubiae confinia noctis.*] Hoc idem expressit Seneca in Hercule Furente:

Tale non dubie solet
Praebere lumen primus, aut serus dies.

Et ipse lib. I Amor. elegia V

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebo:
Aut ubi nox abijt, nec tamen orta dies.

-peraguntq. leui stridore querellas.] In uet. *peraguntq. leues stridore querellas. -celebrant*] frequentant. *Lucemq. perosae.*] Odium habentes in lucem, & diem. *seroq. tenent a uespero nomen.*] Περίφρασις Vespertilionum. De uespertilione ita Nonius Marcellus: *Vespertilio est animal uolucre biforme, dictum, quod uespere se ad uolatum praeparat, uel, ut alij uolunt, proferat noctis.* Varro Agathone:

Quid multa? factus sum Vespertilio, neque

In

In muribus plane, neque in uolucribus sum.

-ubi sit nigri regia Ditis.] Alibi eodem modo dixit. *Nigrum Deum.*

Et pulsata nigri regia caeca Dei.

Parsq. forum celebrant.] Sic & alibi:

Et sunt in Stygio crimina nostra foro.

In eadem opinione fuit etiam Plato, & Seneca, apud quem ita loquitur Theseus:

Auditur illo Gnosius Minos foro.

Intremuit limen.] In uno meo, *Contremuit.* In uno Caelest. & Abb. *Ingemuit.* Sed hoc non satis probo. *Et tres latratus simul edidit.*] Ita legendum ex optimis quibusq. scriptis exemplarib. non autem, ut quidam uolunt, *Semel edidit,* qui foedissimis annotationibus hoc opus inquinarunt. *-tria Cerberus extulit ora,*] Cerberus tria habet capita, aliud ab alio diuersum. Nam unum, ut fingunt, est Leoninum, alterum Caninum, tertium Lupinum.

Viscera praebebat Tityus lanianda,
Nouemq. iugeribus distractus erat. Alibi:
Iugeribusq. nouem, qui summus distat ab imo,
Visceraq. assidue debita praebet aui.

Lucretius lib. III.

Nec Tityon uolucres ineunt Acheronte iacentem.
Nec qui sub magno scrutentur pectore, quidquam
Perpetuam aetatem poterunt reperire profecto:
Quamlibet immani proiectu corporis exstet,
Qui non sola nouem dispersis iugera membris
Obtineat, sed qui terrai totius orbem.

Volucres a Lucretio dicuntur, ab Homero *Vultures.* ὀδυς. extremo λ.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁδ᾽ ἐπ᾽ ἐννέα κεῖτο πέλεθρα. &c.

Quorum omnium uersuum haec sententia est. Et Tityon uidi terrae gloriosissimae filium, humi iacentem per nouem iugera: uultures autem duo utrimque assidentes ei iecur tondebant, pellem penitus subeuntes ac penetrantes: ille manibus resistere prohibebatur, quod Latonam Iouis amicam Pytho uenientem per pulchram Panopeiam tentauerit. *-tibi, Tantale, nullae Deprehenduntur*

aquae; quaeque imminet, effugit arbor. De hoc alibi:

Quaerit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. Et:
Poma pater Pelopis praesentia quaerit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.

Vlixes apud Homerum nominatim & arbores, et poma, quae Tantali imminent capiti, recenset, cuius haec sunt lib. citato.

Καὶ μὴν τάνταλον εἰσεῖδον χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑστάοτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.
Στεῦτε δὲ διψάων πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι
Ὁσσάκι. & quae sequuntur.

Et Tantalum uidi graues dolores perferentem: stantē in palude. Haec autem mentum attingebat. At ille stabat sitiens. sed potum sumere non poterat. Quoties enim se se senex capite demisso flectebat, bibere cupiens, toties aqua resorpta peribat, & circum pedes terra nigra apparebat. Deus enim eam aridam reddebat. Arbores autem altae in eius caput fructum deferebant, Pirus, malus Punicae, pomus, & ficus & oleae uirides: Quas cum se erigens senex tangere uolebat: eas arbores, caiumq. fructus uentus ad nubes umbrosas dissipabat. *Aut petis, aut urges ruiturum Sisyphe saxum.*] De hoc ingeniose & argute sic alibi:

Sisyphus est illic saxum, uoluensque, petensq.

De Sisypho, eiusq. labore, Homerus eo, quem bis proxime citaui, libro, sub Vlixis persona ita loquitur:

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσι. &c.

Idest, utar Lamb. interpret. ut & supra. Et uero Sisyphum uidi magnis doloribus affectum, ingens saxum portantem utraque manu. Atque ille quidem manibus & pedibus nixus saxum sursum trudebat in montis uerticem: sed cum iam non longe abesset, quin cacumen montis superaret, tum uis quaedā ualida saxum repellebat, et ita in planiciem reuoluebatur. Ille autem denuo connitens et contendens sursum trudebat. Sudor autem ex omnibus membris manabat.

Voluitur Ixion; & se sequiturque, fugitque.]

Nihil

Nihil hoc argutius,atq. ingeniosius in tota Latina lingua legi posse,docti uiri affirmant. Inter quos est Muretus,cuius ingenium, et doctrina,quotquot homines hac tempestate uigent,facile superat,atq. obscurat. De Ixione ipse alibi:

Quiq, agitur rapidae uinctus ab orbe rotae.

Moliriq. suis letum patruelibus ausae Assidue repetunt,quas perdant,Belides undas.] De his alibi ita commemorat:

Quaeq. gerunt humeris perituras Belides undas,
Exsules Aegypti turba cruenta nurus.

Quos omnes facie postquam Saturnia torua Vidit,] De Iunonis odio in filias Beli,uide epistolam ad Lynceum,ubi totum hoc,quo de agitur,pluribus recenset. *-& in facinus traherent Athamanta furores*] Hoc loco quidam, contra omnes libros,tum impressos,tum calamo notatos,pessime legunt: *Athamanta sorores.- uipereis nodis*] serpentinis,sic supra & infra,*Vipereos* dixit *dentes. - quae diros sentiat ictus.*] Quidam,more suo, ex *Diros* fecerunt *Duros*. quod cum faciunt,& duros & pertinaces se se esse ostendunt. *- quae sanguine mista recenti Coxerat aere cauo uiridi uersata cicuta.*] sic legitur in uno meo,& uno Vatic. Alius Vatic.alter meus & aliquot alij habent, *Tincta. -uertit furiale uenenum Pectus in amborum.*] Hoc quoq. loco ijdem legunt, *Vultus in amborum*. Perperam.Reclamant enim manuscripti omnes libri,& sensus id non postulat. *Consequitur motis uelociter ignibus ignes.*] In duobus Vatic.& utroq. meo, *Consequitur motos uelociter ignibus ignes*. Quod magis placet. *- & parua Learcum*] sic o.s. libri. & sic legendum. *-pars ima cauatur Fluctibus*]Alibi etiam eodem modo utitur *Cauandi* uerbo:

Aequoreos scopulos ut cauat unda salis.

Et: *- utq. caducis*
Percussu crebro saxa cauantur aquis.

Et:

Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Et:

Gutta cauat lapidem.

Sed hoc postremum iniuste reprehendit uir doctissimus,

mus,ac de utraq. lingua optime meritus, P. Victorius lib. VII cap. XV Variarum lectionum. Animaduertit hoc primum sollertissimus, omniq. scientia politissimus M. Antonius Muretus in suis eruditis Scholijs in Tibullũ. Vbi iure optimo defendit Poetam nostrum ab ipso Victorio, ostendẽs Lucretium ita quoque, ut Ouidius, locutum esse. Lambinus etiam, cum sibi in Ouidium aliquid dicendum esse statuisset, quem in ijs epistolis, quas ad Regem, ad Ronsardum, & ad Auratum miserat, egregia laude affecerat: eundem in commentarijs a se ipso dissentiens, paene alterum Choerilum fecit. Idq. ut alijs quoq. persuaderet, uersum ineptissimum, et aliquo Lambini, non Ouidij simillimo poetae dignum, Ouidio affinxit. hunc uidelicet:

Gutta cauat lapidem, non ui, sed saepe cadendo.

En hominem dignum, cui affirmanti aliquid credas: aut quem idoneum ueterum poetarum censorem arbitrere. Melius fecisset, si ea, quae et in primo, et quarto Lucretij libro ad hanc rem pertinentia notauit, Mureto accepta retulisset, a quo omnia compilauit. Collegerat enim ea Muretus in Tibullo ad uersum illum,

Longa dies molli saxa peredit aqua,

amplius quinquennio antequam Lambinus ederet commentarios in Lucretium suos. Sed et multis alijs locis a Mureto accepta pro suis obtrudere noluit. Hoc ita esse, reperient studiosi, qui utriusq. libros euoluent. Versus Ouidij, quem ille foedissime contaminauit, legitur lib. IV de Ponto eleg. X hoc modo:

Gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu.
Et teritur pressa uomer aduncus humo.

In quibus uersibus quin Ouidius noster ad illos, quos subijciam, Lucretij respexerit, dubitari non potest.

Quin etiam multis solis redeuntibus annos
Anulus in digito subtertenuatur habendo:
Stillicidi casus lapidem cauat, uncus aratri
Ferreus occulte decrescit uomer in aruis.

Varro etiam dixit *Cauata saxa*. cuius haec leguntur: *Pieridum comes, quae tenes cauata putri gelu montium saxa. gratumq. manet mihi nomen ab illa*] Ita duo Vatic. mei, alij.

Per-

Perperam quidam uolunt, *Graiumq. manet. Leucotheaque Deum cum matre Palaemona dixit,*] Leucothea appellatur a Graecis, a Latinis uero Matuta. Quod memoriae prodidit ipse VI Fast.

Leucothee Graijs, Matuta uocabere nostris:
In portus nato ius erit omne tuo.

Palaemona dixit] Palaemon fuit Matutae filius, atq. in Graecia habitus Deus, teste M. Tullio lib. III de Nat. Deor. cuius haec ibi leguntur: *Iam uero, in Graecia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenen, Leucotheam, quae fuit Ino, & eius Palaemonem filium cuncta Graecia &c.* - *Palaemona*: Hunc Latini *Portumnum uocarunt.* Ouidius lib. superius citato:

Quem nos Portunmum, sua lingua Palaemona dicet,
Este precor nostris aequus uterque locis.

- dixit: Sic utitur hoc uerbo in duobus his proximis uersibus, et Iuuenalis:

Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.

Aequora distringunt summis Cadmeides alis.] In duobus Vatic. uno meo, atq. uno Caelestino legitur *Distingūt* absq. R. Quae lectio non displicet. In ijsdem libris, et uno Maffeiano nō est *Cadmeides,* sed *Mineides.* Quod sequendū puto. -*natam,*] Inonem. -*paruumq. nepotem*] Melicertam. *Facta domus,*] sic uet. lib. -*releguntq. suos sermone labores,*] In meis, atq. omnibus alijs scriptis libris, *Repetuntque. Paullatim tereti tenuantur acumine crura.*] In duobus Vatic. et uno meo legitur, *Sinuantur.* In altero meo, *Curuantur.* Ambae lectiones uulgatae praeferri possunt. -*genusq. Nō putat esse deum*] Emenda, ex uno lib. meo, et duobus Vaticanis, *genusq. non putat esse Iouis.* -*quā non agnosce nepotem*] sic uet. lib. et recte. *infesta terra colubris*] In omnibus antiquis, quos ego uiderim, (ita enim intelligi uolo, quotiescumque ita loquor) legitur: *Infecta terra colubris.* Quod improbandum non puto, licet illam magis probē. *aethere longe*] sic uterq. meus, et duo Vatic. Alij perperam, *Aequore* -*saepe est ablatus in ortus.*] In uno Vaticano, non *Ablatus,* sed *Delatus,* legitur. *Constitit Hesperio regis Atlantis in orbe*:] In eodem Vaticano, et utroq. meo, est non *Regis,* sed *Regnis.* Itaq. docti uiri legendum esse,

antea

antea recte senserunt, ratione carminis tantum freti, sed nulla ueterum librorum fide id confirmarunt: quod nos ea, quam nemo attulit, fulcimus. *Id metuens solidis pomaria cl'auferat Atlas Montibus*] Emenda, ac corrige, ex fide et auctoritate unius mei, *Id metuens solidis pomaria cl auferat Atlas Moenibus*. Hoc multo est facilius factu. Ideoq. *Montibus* sustulimus. *-gratia nostra est,*] In Dominicano, *Gloria. -tum partes altus in omnes.*] In uno meo, *Tum partes celsus in omnes*. Alij male legunt, *Tum partes actus. - & omne Cum tot sideribus caelum requieuit in illo.*] *Omne*, pro toto, ait Regius frequenter a Poetis ponitur. Quasi uero eo uerbo ita non utantur, qui soluta oratione scripserunt. Cicero in orat. de Prouincijs consul. *Exercitus omnis interijt.* Et multis aliis in locis. Sic Caesar quoque initio lib. I. de bello Gallico:

Gallia est omnis diuisa in partes tres,

Et Sallustius in fine de bello Iugurth.

Quo metu It alia omnis contremuerat.

Ex quo apparet, Regium falli, & *Omne* pro toto elegantissime etiam poni. *- silet illa, nec audet Appellare uirum,*] Lege, *Stupet illa*. Hoc enim modo legitur in uno meo, & uno Caelest. Quod omnino melius, & significantius est. *-sed dignos tempore fletus.*] In eodem meo, *Sed dignos pectore fletus. Accipiunt legem:*] Sic Lucilius lib. xxx.

Accipiunt leges, populus quibus legibus exlex.

Et ipse in Halieutic.

Accepit mundus legem, dedit arma per omnes.
Vtq. Iouis praepes, uacuo cum uidit in aruo
Praebentem Phoebo liuentia terga draconem,
Occupat &c.] Ex hac comparatione intelligi licet, inter Aquilam, et draconem, siue serpentem, naturale discidium esse: quam rem sic litteris consignauit grauissimus auctor, Sophocles in Antigone: Καὶ ςεφάνω μα πύργων πευκάενθ' ηφαιςον ἑλεῖν. τοῖς ἀμφὶ νῶτ' ἐταθη πάταγος Α'ρεος ἀντιπάλῳ, δυςχείρωμα δράκοντι. *Nunc quoque coralijs eadem natura remansit,*] Coralium multis in regionibus aiunt procreari. Testatur Solinus nasci in mare Ligustico: Alij in Oceano: Alii uero in mare rubro. Soli ni

ni uerba haec sunt: *Liguslicum mare frutices procreat, qui quantisper fuerint in aquarum profundis, fluxi sunt, tactu prope carnulento: deinde ubi in supera tolluntur, natalibus deroga tis lapides fiunt. Nec solum qualitas illis, sed color uertitur: Nam puniceo protinus rubescunt. Ramuli sunt quales arborum uisimus, ad semipedes frequentius longi. Rarum est pedaneos de prehendi: Excuduntur ex illis multa gestamina. Habet enim, ut Zoroastres ait, materies haec quandam potestatem, ac propterea qui lqnid inde fit, habetur inter salutare: Coralium alij dicunt: &c.* Hisce postremis uerbis Solinus uidetur ambigere, Coralium sit, nec ne. *Duritiem tacto capiant ut ab aere,*] In uno meo legitur, *Rapiant*, non *Capiant*. *-tacto aere*: Sic lib. xv.

- & congelat aere tacto.

Vbi de Coralio loquens, subdit:

Sic et Coralium, quo primum contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

-fiat super aequora saxum:] Saxum dixit, ὑπερβολικῶς. *-mactatur uacca Mineruae,*] Hunc morem indicat & lib. XII.

Pallada mactatae placabat sanguine uaccae.

Ausonius:

Aerea bos steteram: mactata est uacca Mineruae.

Atq. ita intelligendũ est, quod ait lib. I. Trist. eleg. IX.

Haec si contigerint, meritae cadet agna Mineruae.
Non facit ad nostras hostia maior opes.

Quibus uerbis significat Poeta, in exsiliũ proficiscẽs. si ad eam regionem ab Augusto sibi constitutam, ad quã naui, quae in Mineruae tutela erat, ferebatur, incolumis peruenerit, se Mineruae, a qua id beneficii acciperet, agnã mactaturum: sed, cum sciret Deae illi Vaccam, non agnã, mactari solitam fuisse, se ipsum corrigens subdit non esse uirium, atque opum suarum, eam pecuniae uim, qua uacca ematur, posse soluere. *- taurus tibi summe Deorum.*] Sic Virgilius lib. III Aeneid.

- superq. nitentem
Caelicolum regi mactabam in litore taurum.

Quod explanans Seruius alucinatur. Ait enim, numquam Ioui solitum mactari taurum; ideo ex eo subsecutum esse prodigium. Sed Ouidius facile huius grammati-

ci conuincit auctoritatem. Atq. hoc etiam alibi docet:

Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter unum
Victor.

-*largis satiantur odoribus ignes,*] sic lib. o. s. & recte. Alij aliter, male. -*& tanti praemia facti Indotata rapit.*] *Indotata.* Idest doti dicta, seu promissa: Tale est *Infrenatus*. Haec Muretus. -*& ubiq. lyraeque, Tibiaeque, & cantus animi felicia laeti Argumenta sonant.*] Emenda, ex fide, & auctoritate mei libri antiquioris, *Citharaeque, lyraeq. Tibiaq. &c.* -*moresque, habitumq. uirorũ*] In uno meo, et Caelestino est, *Habitusq. uirorum*. -*crinita draconibus ora.*] Quidam uulgati libri, *Pinnita.* sed non probo. *Narrat Abantiades,*] In uno meo, uno Vatic. eodem Caelest. altero Maffei, et Dominicano legitur, *Narrat Agenorides.* -*sortitas luminis usum.*] In eodem meo, & eodem Maffei, *Partitas.* -*& fratrem matris de sanguine natos.*] Quidam legunt, *Et fontem matris &c.* Sed non sane uideo, quare eo modo legendum censeant. In antiquis omnibus aperte legitur, *Et fratres matris,* & reliqua. *de sanguine matris*: Per *Matrem* hoc loco, ut & superius quoque, terrã, ex qua orti erant fratres, hoc est serpentes, accipere debemus,

HER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. V
Obseruationes.



ED graue Nereidum numen, sed corniger Hammon,
Sed quae uisceribus ueniebat bellua ponti
Exsaturanda meis.] Quinctilianus lib. x cap. III agēs de figuris uerborum, considerat hūc locum diligentissime. *Calcitrat, & positas adspergit sanguine mensas.*] In uno meo legitur non Calcitrat, sed *Palpitat.* *-positas adspergit sanguine mensas:*] Liuius lib. XXXIX. *Cruore mensam respersam.* *Indutus chlamydem Tyriam,*] lib. uet. *Indutus Tyriam chlamydem,* ordine praepostero. *-mecum tibi sint certamina,*] In eodem meo, *Tecum mihi.* *-madefactam caede Medusae.*] c. s. *Spectatam caede.* *-seq. adclinauit ad illum,*] Duo mei, & alii, *Seq. inclinauit.* Quod retinendum puto. *Ecce Syenites genitus*] Omnes lib. s. *Ecce Suenites,* per quinctam uocalem in prima syllaba. Quod ualde probo. Ratio ab aliis in medium allata est. *Infligitq. uiro*] Quidā ex uet. lib. habent, *Infigit;* quidam uero, *Immisit. Iamq. remissurum tractum de corpore telum*] Sic duo Caelest. Abb. unus meus, & unus Maffei, *De pectore telum.* Alii, & quidam impressi, *De uulnere telum.* Quod confirmat Q. Curtius lib. VI. *Lancea ex uulnere euulsa.* *-sceleratаq. deuouet arma.*] In uno meo est, *Deuocat arma.* *Decutit ense caput:*] In eodē lib. *Discutit ense caput.* *Iussus erat celebrare dapes,*] Dominic. *Ausus erat.* *-casusq. canit miserabile carmen.*] Ita o. s. libri: itaq. eglendum non autem, *Casusq. fuit.* *Ossibus illi-*

sit] In uno Caeleſt. *Eliſit*. In Vaticano, duob. meis & Abb. *Immiſit -haſtam calido de uulnere raptam.*] Hic uerſus fulcit ſuperiorem lect. *Tractum de uulnere telum.* & Statius lib. IX. *magnoq. e uulnere telū Exſuit ipſe gemens.* Sed utroq. modo, ut opinor, recte. *-& inertia fruſtra*] Vnus meus et Abb. *Inermia. -iaculum letale parabat*] Corrige ex o. lib. s. *Fatale parabat. Aſpice, ait, Perſeu noſtrae primordia gentis: Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras A tanto cecidiſſe uiro.*] Laus aliqua eſt, a forti, ſtrenuoq. uiro interfici. Sic infra lib. XII.

Quiſquis es, o iuuenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Haemonio quod ſis iugulatus Achille.

Et Virgilius lib. x de Pallante cum Turno congreſſuro:

Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto inſigni: ſorti pater aequus utrique eſt.

Nomina longa mora eſt media de plebe uirorum Dicere.] Ennius:

Multi alij adueniant, paupertas quorū obſcurat nomina.

-ſua lumina flectere.] In trib. antiquis. *Sua lumina uertere. -comitem Tritonia fratri Se dedit:*] M. Tullius de Amicitia:

Neq. ſe comitem illius furoris, ſed ducem praebuit.

-a dextra Cythno, Gyaroq. relictis.] Aldus olim impreſsit, *A dextra Cythno, Scyroq. relictis.* Quam lectionem probāt eruditi uiri: egoq. iis aſſentior. Sed neque priorem illā damno, quae in uno Caeleſt. legitur. In aliis uero, *A dextra Cypro, Gyaroq.* Verum in meo antiquiore ſuper *Cypro* adſcripta eſt gloſſa, *Vel Scyro. -ungula rupit.*] In uno meo, *Vngula fecit. Is mihi cauſſa uiae.*] In antiquis, *Viae eſt Excipit Vranie*] *Excipit*: ideſt, Reſpondet. Ita infra: *Iuppiter excepit.* et lib. ſuperiore ſub finem: *Excipit unus ex numero Procerum.* Et V Faſt.

Excipit Vranie: fecere ſilentia cunctae,
Et uox audiri nulla, niſi illa poteſt.

Virg. lib. IV. *Tum ſic excepit Regia Iuno.* Statius lib. x. *Excipit orſa Dymas.* Silius lib. XIII.

Excipit his mater.

Sic etiā dicimus *Excipere argumenta alicuius, cū ei reſpondemus. -animo eſt gratiſſima noſtro.*] In duob. meis, duob. Vatic. et aliis, *Animo gratiſſima noſtro eſt: -ora Pyreneus.*] Nōnulli

nulli

nulli uet. libri et hic, et infra, *Phyreneus. -et nondũ me tota mẽte recepi.*] Lege ex fide quinque scrip. librorum, *Et nondum tota me mente recepi.* Sic enim uenustius carmen efficitur. *-recepi:* Idest, collegi. *Fusca repurgato*] Duo uet. libri, *Fusca repercusso. Musa loquebatur.*] Hesiodus initio Theogoniae ait, Musas esse nouem, ac Iouis filias; quarũ omnium praestantissima est Calliope: et postea subdit Iouem ex Mnemosyna eas suscepisse. De Musis scribit etiam Apollodorus sub principium lib. 1. *Poeonis Euippe mater fuit.*] Vnus Vatic. et unus meus, *Anipe.* Alter uero et Caelestinus, *Aniphe.* Alius Vatic. et alter Caelest. et uterq. Maffei, *Anippe,* per duplex pp. Lectoris sit, meliorem probare lectionem. *Cedemus silvis.*] Sic in 'o. antiquis praeter duos Vatic. et unum Maffei, in quibus est. *Campis. -sed cedere uisum.*] In iisdem Vatic. et uno meo, *Visum est. Caelitibus fecisse metum,*] In eodem meo, *Caelicolis. -cunctosq. dedisse Terga fugae:*] Ita uet. omnes. et recte. *-proles Semeleia*] Bacchus ex Semela natus. Superiore libro. et Attius:

O Dionyse pater, optime uitisator, Semela genitus.

Pisce Venus latuit,] De Veneris in piscem mutatione sic Manilius lib. IV. cap. 11.

Scilicet in piscem se se Cytherea nouauit,
Cum Babyloniacas summersa profugit in undas,
Anguipedum alatos unguis Typhona ferentem:
Inseruitq. suos squamosos piscibus ignes.

Nec nostris prebere uacat tibi cantibus aures.] Nec commodum tibi est meos hymnos audire. *Praebere aures:* Sic Liuius lib. XXXVIII. ubi loquitur de Scipione Africano: *Vt sub Rostris reum stare, & praebere aures adolescentium conuicijs, P. Romano magis deforme, quam ipsi sit.* Et lib. XL. *Atqui si aures praebere potes, inquit, manifestam rem teneas, faciam.* Cicero. lib. 1. ad Attic. *Etenim cum multos dies aures meas Acutilio dedissem.* Idem pro Archia: *Vt aures Poetis Cordubae natis suas dederet.* Loquitur de Q. Metello Pio. Alio modo ipse:

Non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,
Verbaq. significent quid mea, norit, adest.

Et Horatius in epist.

Si modo culturae patientem commodet aurem.

-uestrumq. mihi refer ordine carmen. Ordine: Sic infra: *Referam tamen ordine*. Plautus in Capt.

Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.

Idem in Casina:

Memora ordine, ut occeperas.

Cicero in Partit.orat. *Vis ne igitur, ut tu me Graece soles ordine interrogare, sic ego te uicissim eisdem de rebus Latine interrogem? -& immissos edera colla capillos*] Quidam hic pro *Immissos*, pessime legunt, *Immensos*. In duobus Vatic.est, *Immissos*. Quod non reijcio. *Calliope querulas praetentat pollice chordas*.] Pro eodem lib. xi dixit: *tum stamina docto Pollice sollicitat*. Et x. *Vt satu impulsas tētauit pollice chordas*. Statius: *Tenues ignauo pollice chordas pulso. Prima Ceres unco glebas*] In uno meo, *Terram*, non *Glebas* legitur. *Prima dedit fruges*,] Hac fere repetitione usus est & alibi:

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,
Falce coloratas subsecuitq. comas.
Prima iugis tauros supponere colla coegit:
Et ueterem curuo dente reuellit humum.

Qua de re rursus alibi:

Prima Ceres homine ad meliora alimenta uocato,
Mutauit glandes utiliore cibo.
Illa iugo tauros collum praebere coegit:
Tunc primum soles eruta uidit humus.

Si de Cerere plura cupis, uide Diodorũ Siculũ lib. v. *-iniecta est insula membris*] aliqui male legunt, *Ingesta est*. *Athereas ausum sperare Typhoea sedes*.] Vnus Vat. itemq. unus Caelest. *Spectare-pugnatq. resurgere saepe*] In duobus meis,duob.Vatic. & eodem Caelest. *Tentatq. resurgere saepe*. Quod mihi magis arridet. *-flammamq. fero uomit ore Typhoeus*.] Hac de re sic iv. Fast.

Alta iacet uasti super ora Typhoeos Aetnae,
Cuius anhelatis ignibus ardet humus.

Et ii de Ponto:

Vidimus Aetnaea caelum splendescere flamma,
Suppositus monti quam uomit ore Gigas.

-euectus equorum,] Liber Vatic.& Caelest. *Vectus equorum*. *Depositq. metum*.] In duob. Vatic. ambobus Maffei, &

eo l.

cod. Caelest, *Depositoq. metu*, In uno meo, *Depositiq. metus*. *Cui triplicis cessit fortuna nouissima regni*] Felicissime hunc locum exposuit uir doctissimus, Iacobus Constantius. *Imperium profers.*] Sic Virgilius lib. VI.

- super Garamantas & Indos
Proferet imperium,

Sic & Tacitus lib. I. *Bellum ea tempestate nullum, nisi aduersus Germanos supererat, abolendae magis infamiae ob amissum cum Quinctilio Varo exercitum, quam cupiditate proferendi imperij, aut dignum ob praemium.* Alio modo loquitur, qui post Ciceronem eloquentissimus est, Liuius lib. XXXVIII. *L. Scipio regem opulentissimum orbis terrarum deuicerit, imperium P. Romani propagauerit in ultimos terrarum fines &c. Et tamen in caelo quae iam patientia nostra est:*] In eodem meo & uno Caelest. & uno Maff. *Et tamen in caelo quoque iam patientia nostra est.* In uno meo antiquiore et praeclariore, legitur, *Et tamen in caelo quoque parua potentia nostra est.* Quae est omnium optima lectio. *At turpi socio,*] Emenda ex o. antiquis, *At tu pro socio, - nec qua magis audiat arcum.*] In uno meo, *Eualet arcum Haud procul Aetneis locus est a moenibus altus Nomine Pergusa:*] In meo antiquiore aperte legitur, *Haud procul Enneis.* Ad cuius marginem notatum est, Enna per duo n. c est, unde dicit Enneis: Atque ita sine dubio legendum est, quod et Iacobus Constantius animaduertit. Enneis autem dixit ingeniosissimus poeta noster metri necessitate: cum Cicero ab Enna Ennēsis deducat. *PERPETVVM VER EST.*] Hunc locum, me indicante, contulit amoenissimi ingenii uir, Paullus Manutius cum illo Ciceronis lib. IV Actionis II in Verrem: *Et lectissimi flores omni tempore anni. - raptaq. Diti:*] De raptu Proserpinae Liuius lib. XXIV. *Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitae, claraeq. uel ob insignem monumento naturali locum, uel ob sacrata omnia uestigiis raptae quondam Proserpinae, prope uno die omnem Siciliam persuasit.* Quibus ex uerbis manifesto apparet uerissimum esse quod ait, quem modo nominaui, Cicero loco iam citato, Ennam esse Siciliae Vmbilicum. *- & summa uestem laniaret ab ora,*] In duob. Vatic. Caelestinis, et meis, *summo uestem laniarat ab ore.* Atqui in meis *Laniabat*. non

Lamarat, legere licet. -*tinctas ferrugine habenas*,] Emēnda, ex fide uet. exemplarium, *Tinctas rubigine*. -*bimaris gens orta Corintho*.] *Corintho bimari*: Sic IV. Fast.

Hadriacumq. patens late, bimaremq. Corinthon.

Horat. lib. I ode VII. *Bimarisue Corinthi moenia.*

De Corintho sic C. Velleius Paterculus lib. I. *Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum, post annos DCCCCLII, quam ab Halete, Hippotis filio, erat condita, funditus eruit. Haec urbs solo aequata a C. Iulio Caesare instaurata est, & colonia facta* Auctor Dio lib. XLIII. qui idem refert de Carthagine. Asserit et hoc Plutarchus in Caesare. Quare autem deleta fuerit, hanc opinionem ponit Cicero lib. I. off. *At Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt. nollem Corinthum: sed credo illos secutos opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari*. Sed alteram longe ueriorem, ut puto, affert quicumque auctor est epitomarum Liuianarum, cuius haec leguntur lib. LII. *In Critolai locum Diaeus Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus, ad Isthmon a L. Mummio consule uictus est. qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex Senatus consulo diruit, quia ibi legati Romani uiolati erant. Thebae quoque & Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. Ipse Mummius se abstinentissimum uirum egit: nec quidquam ex ijs opibus, ornamentisq. quae praediues Corinthus habuit, in domum eius peruenit.* -*& me dilexit Anapis*,] Libri mei, unus Maffei. Abb. et unus Vatic. *Anaphys*. -*illa duabus Flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna*.] Hoc loco non aperit Poeta, quot faces accenderit Ceres. nec M. Tullius lib. IV act. II in Ver. *Proserpinam cum inuestigare et conquirere Ceres uellet, dicitur inflammasse taedas ijs ignibus, qui ex Aetnae uertice erumpunt: quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnium peragrasse terrarum.* In quarto uero Fast. ait duas fuisse; quod uerisimile est.

Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hic Cereris sacris nunc quoq. taeda datur.

Fessa labore sitim conceperat,] In ambob. meis & Abb. *Collegerat*. Vtrumq. rectum. -*& tangere monstra parantem*] Lege, *Pauentem*: Vt habent uet. lib. -*pariliq. irata colono*,

colonos, Ruricolasq. boues leto dedit.] Ita legit Regius. Libri mei & aliquot alij habent, *Pariterq. irata*. *Sparsa iacet*,] In meo antiquiore,& utroq. Maffei, *Falsa iacet*. Illud magis probo. *Sidera nunc uentiq. nocent*,] In duobus Vatic. uno meo,uno Maffei,unoq. Caelest.multo rectius legitur, *Sideraque,uentiq. nocent. Pisa mihi patria est*,] Alibi etiam hoc loquendi genus usurpauit. ext. huius libri:

– Patria est clarae mihi,dixit, Athenae. Et IV Tristium:

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis.

Terentius in Eunucho: *Samia mihi mater fuit*. Plautus in Poenulo: *Ampsigura mater mihi fuit, Iachaon pater*.

– ibi toto nubila uultu
Ante Iouem sparsis stetit inuidiosa capillis:
Proq. meo ueni supplex tibi, Iuppiter, inquit,
Sanguine proq. tuo. si nulla est gratia matris:
Nata patrem moueat.neu sit tibi cura,precamur,
Vilior illius,quod nostro est edita partu.
En quaesita diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire uocas amittere certius,aut si
Scire ubi sit,reperire uocas.quod rapta,feremus,
Dummodo reddat eam.neque enim praedone marito
Filia digna tua est: & quae sequuntur.] Exstant lib. IV Fast. carmina, quae sententiam paullo secus, atque hic recenset Poeta, comprehendunt. Verum tamen,quia hunc locum illustrant plurimum,ea ipsa scribere non me taedet.

Questa diu secum sic est affata Tonantem,
Maximaq. in uultu signa dolentis erant.
Si memor es,de quo mihi sit Proserpina nata,
Dimidium curae debet habere tuae.
Orbe pererrato, sola est iniuria facti
Cognita,commissi praemia raptor habet.
Quid grauius uictore Gyge captiua tulissem?
Quam nunc te caeli sceptra tenente tuli?
Verum impune ferat,nos haec patiemur inultae;
Reddet,& emendet facta priora nouis.
Iuppiter hanc lenit,factumq. excusat amore.
Non gener est nobis ille pudendus,ait.
Non ego nobilior,posita est mihi regia caelo:

Possi-

Possidet alter aquas, alter inane Chaos.
Sed si forte tibi non est mutabile pectus,
Stantq. semel iuncti rumpere uincla tori:
Hoc quoq. tentemus, siquidem ieiuna remansit:
Sin minus, inferni coniugis uxor erit.
Tartara iussus adit sumptis Caducifer alis,
Speq. redit citius, certaq. iussa refert.
Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis,
Punica quae lento cortice poma tegunt.

- *sed tanta cupido Si tibi dissidij est,*] Libri o. scripti, *Discidij*, per tertiam literam. Ita ad eum locum lib. XIV. *Non bene discidium Phrygij latura mariti Sidonis*. Quam Orthographiam a uiris doctis recipi animaduerto. - *furuis peperisse sub antris.*] Abb. liber, *Stygijs peperisse.* - *fuluis amicitur ab alis.*] In Caelest. *Furuis amicitur.* In duob. Vatic. & meis, *Amicitur in alis.* - *alarum insistere remis.*] In uno meo, *Pennis. Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses,*] De hoc sic lib. IV. Fast.

Et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,
Bis tribus ut caelo mensibus illa foret.

Quae tibi caussa fugae?] In uno Vatic. uno meo, & uno Maffei, *Caussa uiae.* - *uiridesq. manu siccata capillos,*] *Virides capillos* sic dixit, ut sub principium lib. III. Eodem modo Statius in Siluis: *uirides Deas:* pro Nymphis: *Liquidosq. auertite uultus, ite Deae uirides. Fluminis Alphei*] In uno meo, Vaticano & Caelest. *Fluminis Elei.* De Alphei, & Arethusae amoribus uenuste, quem modo nominaui, Statius lib. I. Sil. - *tumidae sic transfuga Pisae*

Amnis, in externos longe flammatus amores,
Flumina demerso trahit intemerata canali.
Donec Sicanios tandem prolatus, anhelo
Ore bibat fontes, miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago uenisse maritum.

De hoc fluuio plura Pausanias lib. v. Moschus in epig. quod incipit, Ἀλφειὸς. & Ammianus lib. XV. - *quas dum ferioque, trahoq.*] In meo, *Teroque*, non *Trahoque*. - *margine fontis.*] Duo Vatic. mei, & unus Maffei, *Margine ripae.* - *iterum rauco mihi dixerat ore.*] In uno meo legitur paullo rectius, *Iterum rauco mihi murmure dixit. Vt fugere*

acci-

accipitrem penna trepidante columbae, Vt solet accipiter trepidas urgere columbas:] Ita in impressis. In Vet. uero rectiore ordine leguntur:

Vt solet accipiter trepidas urgere columbas;
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbae.

In uno meo, & aliquot alijs, priore uersu est, *Agitare*, non *Vrgere*. -*nec me uelocior ille.*] In eodem meo, *Velocior ibat.* -*sparsis ferens e nubibus unam*] Lege, *Spissis*, non, *Sparsis*. Ita duo Vatic. unus Maffei, et unus meus. -*manat lacus,*] Iidem libri, et Caelest. *Manat lacus*. Rectius. -*quam nunc tibi fata renarro,*] In ambob. meis et aliis. *Facta renarro.* *In latices mutor.*] In meo, *Vertor.* -*caecis ego mersa cauernis.*] In utroque meo, duob. Maffei, Caelest. et Abb. *Caecisq. ego. Grata meae superas.*] In duob. Vatic. uno meo. Caelest. et Abb. *Grata mihi.*

Hac Arethusa tenus.] τμῆσις. Sic Statius lib. x.
Hac germana tenus Stygij metuenda parentis
Imperia. Virgilius lib. vi.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.

-*dixit, Athenae,*] Athenae ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς dictae sunt: unde hic noster lib. 11. *dictas a Pallade terras.* *Rident Poeonides,*] In duob. Vatic. duobus Caelest. *Anipedes.* In uno meo, *Pierides.* In altero uero, et utroque Maffei, *Enipedes.* Ad marginem prioris mei notatum est, *Pierides, filiae Pierij regis Macedonum & Euippae.* Statuāt doctiores, quo modo sit legendum. *Plangere dumq. uolunt,*] In uno meo, *Plaudere.* -*studiumq. immane loquendi*] In eodem meo, Vaticano, et Abb. *Studiumq. inane loquendi.* Sed non placet, propter syllabam. Nisi quis mallet *E* in *Que* non elidi. Post hūc uersum legitur hic alius in uno Vaticano: *Semper & humanas imitantur in omnia uoces.*] Qui sine ulla dubitatione adulterinus est, minimeq. nostro poeta dignus.

HER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN. P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. VI.

Obseruationes.



Aeoniaeq. animum fatis intendit Arachnes,] Libri omnes calamo exarati habẽt, *Aragnes*. Ita saepe mutabant Latini Graecam rationem scribẽdi etiam in iis uocibus, quas e Graecis faciebant suas. -*paruis habitabat Hypaepis.*] Sic lib. XI. *Illic paruis finitur Hypaepis*. Vtroque autem loco praepositionem detraxit. Hypaepa Vrbs est, ex Tmolo in Caystri campum descendenti. Auctor Strabo lib. XIII. -*Nymphae uineta Timoli,* Lege ex duobus lib. s. *Tmoli*. -*& infirmos baculo quoque sustinet artus.*] Huc respexit Seneca: *Abdita iners senectus adiuuat baculo gradum.* -*non omnia grandior aetas, Quae fugiamus, habet: seris uenit usus ab annis.*] Affirmabat Muretus, hunc locum ad uerbum paene translatum esse ex Euripide in Phoenissis. cuius haec sunt:

ὦ τέκνον οὐκ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

-*faciendae maxima telae.*] Sic omnes uet. & omnino melius, quam si legatur, *Maxima lanae. Adspicit hanc toruis,*] Subaudi oculis. -*candescere solis ab ortu.*] In uno meo legitur, *Solis ab ictu. Tela iugo iuncta est:*] *Iugum* hoc loco significat lignum illud, quo textores, textricesq. telã con uoluunt. Id nos lingua uernacula *Subium* nominamus: atque ita in quam plurimis Italiae locis. Qua in significatione apud neminem alium auctorem reperiri existi-

mo.

mo. Videtur autem Ouidius ingeniose expressisse formã iugi, sub quo dedecoris caussa uicti hostes antiquitus trã sire cogebantur. Quod, ut Liuius ait lib. III. ab urbe condita, tribus hastis fiebat, humi fixis duabus, superq; eas una deligata. Qui uero eius subeundi ignominiam scire auet, legat Liuium ipsum lib. IX non longe ab initio. *Inseritur medium radijs subtegmen acutis*] In meo libro antiquiore legitur *Subtemen* sine G. Quo modo nunc eruditi uiri excudendum praecipiunt: & uera ea est lectio. *Percusso feriunt*] In illo Domin. *Percusso quatiunt. -insecti pectine dentes.*] In uno meo & Caelest. *Inserti* per R. *-studio fallente laborem.*] In eod. Caelest. *Minuente labores. Qualis ab imbre solet percussus solibus, &c.*] De Iride sic etiam Virg. lib. V.

Illa uiam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli uisa cito decurrit tramite Virgo.

De Iride multa scitu digna scribit Marcellinus extremo lib. XX. *Et uetus in tela deducitur argumentum. Deducitur*: Si haberem socios, qui mecum sentirent, libentius hoc loco exponerem, inscribitur, quam effingitur. Nam postea Poeta subdit: *Sua quemque Deorum Inscribit facies.* Quandoq. *Deducere* est extendere, extollere. Propertius lib. II.

Siue aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu uarios incinit ore modos.

Quod paene usurpauit Statius lib III Sil.

Candida seu molli deducit brachia motu.

Aliquando ualet depellere, deiicere. Cicero pro Caecina: *De fundo Caecina moribus deduceretur.* Hoc ipsum uidetur declarasse M. ipse Tullius, cum postea in eadem orat. ita locutus est: *Quo loco depulsus Caecina.* Sic apud Senecam in Hercule Oeteo: *Quid hoc? quis axem eludit? & ab ipsis pater deducor astris.* Alio modo ponitur apud Plautum in Curculione:

Tace parumper iacit uoltarios quattuor.
Talos arripio: inuoco almam meam nutricem Herem:
Iacto basilicum; propino magnum poculum, ille ebibit:
Caput deponit, quom dormiscit, ei subduco anulum.
Deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat.

Rogant

Rogant me serui, quo eam: dico ire quo saturi solent.

Huic uidetur conuenire illud Tibulli:

Illa docet furtim molli decedere lecto.

Aliter apud Ennium:

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Hoc uidetur declarare Columella:

Et secum gracili connectere carmina filo.

Nisi quis aliter mallet. *Exsiluisse ferum,*] Sic uet. lib. *Ederae cum bacis*] *Bacis* per unum c. Iidem lib. *-fetum canentis oliuae,*] In uno meo, & Dom. *Fetum candentis oliuae. -populisq. suis indicere bellum.*] *Bellum indicere* elegāter dicitur. M. Tullius in orat. de Prouinciis consul. *Bellum indixi, atq. intuli.* Et initio II in Ant. *Quo nam meo fato P. C. fieri dicam, ut nemo his annis uiginti reip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoq. indixerit?* Liuius lib. II de Porsena: *Hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum. - nec profuit Ilion illi,*] In uno meo, *Ilios. -tu uisus Enipeus*] Omnes lib. scripti habent, *Enipheus*, per ph. Qua de re satis multa in primo huius uoluminis. Sic etiam legitur illud summi Poetae in IV Georg.

Et caput, unde altus primum se rumpit Enipheus,

in uetustissimo exemplari Ascanij Grandaeui, ciuis mei honesto loco nati, Latinarumq. litterarum haud ignari. Cumq. id euoluerem, in ipso libro argumenta illa tum in Georg. tum in tres aut quattuor Aeneidos libros, quae sub Modestini nomine nunc uulgo circumferuntur, Ouidij esse deprehendi. In eo igitur scriptum erat miniatis litteris. ARGVMEMTVM. OVIDII. Quod mihi satis mirādum uisum est: tum enim primum id uidi. Quocirca hominem, quā maxime potui, obtestatus sum, ut eū suis uerbis, ueluti rē plane nouā, uiro summa eloquētia, ac sapientia admirabili ornato, M. A. Mureto, mittere mihi liceret. Ille precibus tandem uictus, quod optabam, haud grauate concessit: cumq. Ioāni Caramanicensi Romam tum proficiscenti, ualde hilaris commisi. Hic, nūmis egens, ut postea accepi, librum, qui maximam praeseferebat antiquitatem, uendidit. Interea id ipsum ignorans, a Mureto litteras, quibus, quid de ea re ipsi uideretur, me edoceret, singulis prope horis auidus

exspe-

exspectabam. Is praeterito iam mense Sulmonem reuersus, affirmabat Virgilium illum, quem a me acceperat, ut deferret Mureto, se, quo primum tempore ad Vrbem uenit, reddidisse. Tum uero, simulatq. hominem uidi, ab ipso litteras, quas ab eodem Mureto ad me datas putabam, ut opinionem super hac re suam cognoscerem, rogaui. Respondit, cum ipse Roma discessit, Muretum ibi non esse, sed peregre abijsse: ac, quonam iuisset, prorsus aiebat se nescire, Atque ideo ad me litteras ab eo non accepisse. Quid facerem? credidi hoc affirmanti. Subuerebar tamen interdum, et uix adduci poteram, ut crederem Muretum non respondisse ad tas litteras, quas una cum libro ad ipsum miseram. Antea enim, quoties scripseram, benigne admodum, ut eius est ingenium, rescripserat. Deinde, quattuor transactis mensibus, aestas enim erat, quo tempore eum una cum summo Principe, ac Cardinale amplissimo, Hippolyto Estensi Tibur se conferre solere acceperam; nec tunc nostri homines in Vrbem facile commeant, obtulit se mihi ad eũ scribendi occasio, qua, quod ei miseram, significabam. Is quamprimum rescripsit, affirmans Virgilium illum numquam se uidisse; idq. aegre ferre: meque, ut, cui eum commiseram, uiderem, etiã atq. etiam hortabatur. Eae ipsae literae mihi Romam uenienti in itinere redditae sunt. Non dici potest, illis lectis, quo fuerim dolore affectus. Certe, si in Patria tum mansissem, hominem in iudicium uocassem, ut, qua debet, poena multaretur, ac postea fidelior esse disceret. Accesserunt postea hac de re cum Mureto, cui omnia haec narraui, querellae multae; quae nihil proficiebant. Deinde, post longum tempus huc Romam uenit Consaluus Sancus, ciuis meus, eiusq. opidi Abbas, cuias ille est, eiq. rem, ut plane erat, exposui: atq. hunc ad Muretum, ut hoc ab utroq. uerum esse dignosceretur, deduxi. Habebat enim Abbas in eum satis iuris: nam sacris ordinibus iampridem initiatus erat. Itaq. Abbas ille coram Mureto se hominem puniturum mihi recepit. Hic, re affecta, paullo post moritur. Atq. ita ad hunc usq. diem huic rei finis non est impositus. Hoc tamen opera illius, qui in eiusdem, quem dixi, Abbatis locum suffectus, cooptatusq. est, ad quem hac

de

de re litteras dedi, breui confectum iri spero.

Cum autem Virgilius hic, de quo tam multa dicta sunt, nulla ratione, licet omnem, ut dicitur, lapidem mouerim, umquam a me recuperari posse uideretur: praeter spem accidit, ut, uiro illo bono, cui eum credideram, mortuo, perpauculis post diebus Sulmone domi cuiusdam eius amici, opera ac diligentia M. Antonij fratris mei, inuentus sit, egoq. eo Muretum, ut cōstitueram, muneratus sum. Inspexi etiam in Bibliotheca Vaticana ueterem aliū Lōgobardicum, in quo miniatis itē litteris legitur in IV Georg. OVIDII. NASONIS. TETRASTICHON. Ibidem asseruatur alius antiq. in quo est. INDICAT. OVIDIVS. Rursum in II Aeneid. in eodem Longob. scriptum est: *Ista metra fecit Ouidius*. In alio etiam satis ueteri, qui est Ludouici Lantis, patricij R. uiri optimi, & ea litterarum cognitione, quae nobilem uirum decet, ornati, aperte legitur purpureis litteris maiusculis, omnib. in libris Georg. ARGVMENTVM OVIDII. In antiquissimo alio Virg. Viri & Graecae, & Latinae linguae peritissimi, Fuluij Visini, in primo Aeneidos super argumentum scriptum est: *Ouidij Nasonis*. Quare Ouidij, non Modestini, esse ausim affirmare: Eoq. magis, quod in nullo uet. lib. Modestini fit mentio, ut illa ipsius esse judicari possint. Quin etiam superiore aetate, quae sunt in Georgicis, argumenta sub Ouidii nomine edebantur: nunc uero sub Modestini excuduntur. Quod quam uerum sit, doctiorū esto iudicium. Sed sunt uiri docti, qui illa neq. Ouidio adscribant; sed cuiusdam scholastici esse aiunt. Vnde autem id colligant, non aperiunt. Ego ueterum librorum auctoritatem, donec certius aliquod argumentum afferatur, contemnendam non puto: licet eorum opinionem non penitus damnem. Interim hoc notare, mei officii esse duxi maxime. - *percussit Arachnes.*] Lib. uet. & hic & ubiq. *Aragnes.* - *cumq. his & naris, & aures:*] Libri mei, & Dominic. *Cum quis, & naris & aures*. Quod omnino rectius uidetur. - *Sipylumq. colebat:*] Aliquot uet. inter quos mei. *Siphylumq. per φ.*

Nam fata Tiresia uenturi praescia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu

Vatici-

Vaticinata uias,] Virg.lib.x.Aeneid.

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus, & Tusci filius amnis:
Qui muros matrisq. dedit tibi Mantua nomen.

Quae carmina exponens Seruius, ita scribit: *Ocnus Mātuam dicitur condidisse, quam a matris nomine appellauit: nam fuit filius Tiberis, & Mantus Tiresiae Thebani uatis filiae, quae post patris interitum ad Italiam uenit. - mihi Tantalus auctor, Cui licuit soli superorum tangere mensas.*] Hac de re sic Pindarus ode prima Olymp. υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντία προτέρων φθέγξομαι. ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον, ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων: Fili Tantali, te cōtra quā priores laudabo. Quando uocauit pater ad legitimas epulas, caramq. Syphylum uicissim Dijs cenam dans. Tangit & hanc rem Euripides initio Orestis. quod, ne sim longior, parcam scribere. *-huc natas adijce septem, Et totidem iuuenes,*] Mirifice huc facit, quod collegit Agellius lib. xx. cap. vi. *Mira, inquit, & prope adeo ridicula diuersitas fabulae apud Graecos poetas deprehenditur super numerum Niobae filiorum. nam Homerus pueros puellasq. eius senos dicit fuisse; Euripides, bis septenos; Sappho, bis nouenos; Bachyllides, & Pindarus, bis denos.* Quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt. ex quo apparet poetam nostram Euripidem secutum. Ausonius de Niobe:

Thebarum regina fui, Sipyleia cautes,
Quae modo sum, laeso numine Latoidum.
Bis septem natis genitrix laeta, atque superba:
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec satis hoc diuis: duro circumdata saxo
Amisi humani corporis effigiem.
Sed dolor obstructus quamquam uitalibus haeret,
Perpetuasq. rigat fonte pio lacrimas.
Pro facinus. tantae ne animis caelestibus irae?
Durat adhuc luctus, matris imago perit.

Idem in eiusdem marmoream statuam:

Viuebam, sum facta silex, quae deinde polita
Praxitelis manibus, uiuo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu:

Hunc ego, cum laesi numina, non habui.

Quodq. licet,] et quantum permittitur. *-turba quantum distabat ab orba, Tantum animosa suis furijs agitata doloris*] In uno meo haec duo carmina ita leguntur: *Tantum animosa fui stimulis agitata doloris Latonae, quantum turba dista bat ab orba.* Sed ad marginem prioris uersus notatū est. V A C A T. Quo significatur uersum esse adulterinū. In altero antiquiore et utroq. Maffei est, *Latonae quantum, quae distat ab orba.* et uersus, *Tantum animosa &c.* in ijs non legitur. Itaq. in duob. Vatic. Quare sine dubitatione tollendus est uersus, qui incipit, *Tantum animosa.* Viri docti suspicantur ambos suppositicios esse, ac tollēdos censent. Mihi uidetur hoc modo legendum:

Quodq. licet, tacito uenerantur murmure numen
Latonae; quantum turba, quae distat ab orba.
Indignata Dea est. Lectori tamen diiudicādum relin

quo. *An Dea sim, dubitor:*] Ita uet. lib. et recte. Non autem legendum est, *Dubito,* ut quidam uolūt. *-auroq. graues mo derantur habenas:*] emenda ex o. l. f. *Auro grauidas moderantur habenas.* Alii aliter male habent. *Fraena dabat Sipylus*] Hic quoq. lib. uet. *Siphylus.* Dominicanus uero, *Sipulus.* *-exstabat nudum de gutture ferrum.*] In uno meo, *De pectore ferrum.* *-nitidae palestrae.*] Aptum epitethon. Alibi: *More tuae gentis nitida dum nuda palaestra*

Ludis, & es nudis femina mista uiris. Martialis.
Sufficit in nonam nitidis octaua palaestris.

-Pectora pectoribus,] Tale quippiam dixit in Herculis et Acheloi lucta.

Cum pede pes iunctus: totoq. ego pectore pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.

-cum tento concita neruo,] Emenda ex fide meorum, aliorumq. antiq. *Contento concita neruo.* Idest, extenso, uel extento. extēduntur et porriguntur nerui, cum palaestra ludit ur. Sic mox dicit *Arcum contentum.* *-animam simul exhalarunt.*] Sic et Lucilius lib. I I I.

Symmachu' praeterea iam depostu' bubulcus
Exhalans animam pulmonibus aeger agebat.

Et ipse extremo lib. V I I. *-me spectat, & in me*
Infelicem animam, nostroq. exhalat in ore.

Euo-

Euolat,]libri mei, *Aduolat. -ut gelidos complexibus allenet artus:*]In uno meo, *Connexibus. -brachia tollens,*] *Tendens*, est in illo Abbatis'. ac, quoties ita loquor, intelligo librum Francisci Sanaei, ciuis mei, qui Abbas fuit D. Mariae Caramanicensis. *Corq. ferum satia,*] In meo antiquiore, et Dominic. *Satura. Illa modo est audax.*] In antiquis, *Illa malo est audax. -uulnere caeco est.*] In uno meo,non *Caeco*, sed *Certo* legitur. *-nisi postquam spiritus ibat.*]Vnus Maffeianus, *Spiritus exit.-nec brachia reddere gestus,*]In duobus s. *Reddere motus*. Sed nihil muto. *-intra quoque uiscera saxum est.*] De Niobe in saxum conuersa sic Sophocles in Antigone: ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι ταν φρυγίαν ξέναν τάνταλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ. τὰν, κισσὸς ὡς ἀτενὴς πετραία βλάστα δάμασεν. καὶ νιν ὄμβρῳ τακομέναν ὡς φάτις ἀνδρῶν, χιὼν τ' οὐδαμὰ λείπει. τέγγει θ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύτοις δειράδας. Et: ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν ἅτ' ἐντάφῳ πετραίῳ αἰ δακρύεις. Doctissimus uir, Dionys. Lambinus exponens illud lib. IIII carm. Horatii ode VI. *Proles Niobaea*, haec scitu digna ex Homeri interprete transtulit: *Niobe Tantali filia Amphionis uxor, filios ex eo suscepit duodecim, sex mares, totidemq. feminas. Haec liberorũ multitudine, & pulchritudine ferox, Latonam prae se contemnere ausa est, cum diceret, illã duos solũ peperisse, Apollinem & Dianam: se duodecim. Iccirco Dij hac contumelia offensi, Niobae filios ad unum interemerunt: Apollo masculos in Cithaerone uenantes; Diana feminas intra parietes domesticos, & propemodum in complexu, & gremio matris sagittis confixit. Iuppiter autem Niobem suas miserias deflentem, ac deplorantem miseratus, eam in saxum uertit: quod usque ad hoc tempus (ut aiunt) in Siphylo monte Phrygiae lacrimarum fontes profundens ab omnibus cernitur.* Haec & plura Lãbinus. *-cultuq. impensius omnes Magna gemilliparae uenerantur numina Diuae.*]*Diuae gemelliparae:* Latonae, quae uno codemq. partu duos.i. Apollinem & Dianam peperit. Sic lib. V Fast.

Scorpion immisit tellus, fuit impetus illi
Curua gemelliparae spicula ferre Deae.

-& paruo faueas mihi, murmure dixit.] Emẽda ex duobus meis & aliquot aliis, *Paundo faueas mihi, murmure dixit.*

-quam uix erratica Delos] Ita uet. libri: & recte. Porro ad hunc locum mirifice pertinet, quod recenset M. Tullius act. II lib. I. in Ver. *Latonam*, inquit, *ex longo errore & fugi, grauidam, & iam ad pariendum uicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque Apollinem, Dianamq. peperisse. Qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur: tantaq. eius auctoritas religionis & est, & semper fuit, ut ne Persae quidem, cum bellum toti Graeciae, dijs, hominibusq. indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quidquam conarentur aut uiolare, aut attingere. Illic incumbens cum Palladis arbore palmae, Edidit inuita geminos Latona nouerca.*] Ad huius loci intelligētiam uide ea, quae obseruauit Muretus in Catullum in Carmine saeculari ad Dianam, ubi hos citat uersus. *Sidereo siccata sitim collegerat aestu,*] Duo libri mei, duoq. Caelest. *Sitim concepit ab aestu.* Abbatis uero, & ambo Maffeiani, Collegit ab aestu. *Distulit ira sitim,*] Mei libri scripti, & quidam alii, *Sustulit ira sitim.* Quod omnino rectius est. *Ah piget, ah non est.*] Hic quoque libri scripti habent, *Ha piget, ha non est.* Qua de re superius. *Pellae micant uenae.*] Ita loquitur M. Tullius lib. II de nat. Deor. *Iam uero uenae, & arteriae micare desinunt, quasi quodam igneo motu.* Et ipse infra:

-radix micat ultima linguae.

Aliter lib. x. *-saliunt tentatae pollice uenae.*

Et rursus alibi: *Corda micant regis, totoq. a pectore sanguis.* Plautus in Aulularia: *Cor meum in pectus coepit emicare.* Idem in Cistellaria: *Cor salit. Marsya nomen habet, Phrygiae liquidissimus amnis.*] Liuius lib. XXXVIII. *Et Marsyas amnis haud procul a Maenandri fontibus oriens, in Maenandrū cadit: famaq. ita tenet Celenis Marsyam cum Apolline tibiarū cantu certasse.* Et hic noster lib. VI Fast. loquens de Marsya, ac de eius tibia quam antea Minerua abiecerat.

Inuentam Satyrus primum miratur, & usum
Nescit: & afflatam sentit habere sonum.
Et modo dimittit digitos; modo concipit auras:
Iamq. inter Nymphas arte superbus erat.
Prouocat & Phoebum: Phoebo superante pependit:
Caesa recesserunt a cute membra sua. Vide & in Ibin.

Apollodorus sic de Marsya ait lib. I. *Apollo etiam*, utar B.

Aegii

Aegii interpretatione, *Marsyam Olympi filium occidit. Hic enim, cum tibias inuenisset, quas Mineru a, quod deformem efficerent uultum, abiecit, Apollinem de musica prouocare non dubitauit. Hoc de compacto in certamen descendunt, ut uictor arbitratu suo deuictum afficiat. Inito igitur certamine conuersa cithara certabat Apollo, idemq. ut Marsyas faceret, imperauit. quod cum ille tibijs nequiret, Apollo praestantior est inuentus. Quare suspensum Marsyam e proximae, ac patulae pini ramo detracta pelle ita confecit.* Huius quoque fluuii meminit Q. Curtius lib. III. & Strabo lib. XII. *Argosq. & Sparte, Pelopeiadesq. Mycaenae,*] Has tres urbes Iunoni carissimas esse, ait Homerus lib. IV. Iliad. ut notat Lambinus.

Ἄργος τε, Σπάρτη τε, εὐρυάγυια Μυκήνη.

Idem docet ipsa Iuno apud Ouidium lib. VI Fast. cuius haec ibi leguntur:

Paeniteat Spartem, Argosq. measq. Mycenas.

Duas item ex his ponit Horatius lib. I carm. ode VII.

Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditesq. Mycenas.

Liuius lib. XXXIV ait Argos esse in Iunonis tutela. Cuius haec sunt: *Ne istuc*, inquit, *Iuppiter opt. max. siuerit, Iunoq. Regina, cuius in tutela sunt Argi, ut illa ciuitas &c.* De Sparta ita idem Liuius ibidem: *Fuerat quondam sine muro Spartam.* Atque hoc ipsum indicat hic noster lib. x. *Immunitamq. frequentant Sparten.* Cornelius Nepos in Agesilao: *Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetq. sine muris opidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus aperuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. & nobilis aere Corinthos.*] Quis Corinthum condiderit, docet C. Vel. Pater. lib. I. his uerbis: *Paullo ante Haletes, sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, quae antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit. nobilis aere:* Lucius Florus lib. II de bello Achaico: *Quantas opes & abstulerit, & cremauerit, hinc scias, quod, quidquid Corinthij aeris orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulacris, aeris, auri, argentiq. uenae in commune fluxere.* De aere praeterea hoc uide, quae scribat Plinius lib.

xxxiv. Vide etiam Muretum lib. iii. cap. v. Variarum lectionum. *-nec adhuc Pittheia Troezen,*] lib. uet. *Phitheia. Exteriusq. sitae bimari spectantur ab Isthmo.*] In neutro meorum legitur hic uersus. Sed deinde aliena manu & atramento in margine utriusq. repositus est. *-subiectaq. ponto.*] E ueteribus lib. quidam habent, *Subiectaq. Barbara Cecropios.*] libri scripti, *Mopsopios.* In duobus uero meis, *Mosopios* sine primo P. *Connubio Prognes iunxit.*] Virg. lib. i. Aeneid. *Connubio iungam stabili.-illi, nō gratia lecto.*] In uno meo, *Gloria. -pronumq. genus regionibus illis In Venerem est:*] Liuius lib. xxiii. *Prona semper ciuitas in luxuriam.* Et xxix. *Vt sunt ante omnes Barbaros Numidae effusi in Venerem.* Et xxx. *Vt est genus Numidarum in Venerem praeceps.* Cicero in Partit. *Verisimile est adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem. -petit illa salutem.*] Corrige, ex optimo libro meo, *Petit usque salutem.*

Iam labor exiguus Phoebo restabat, equiq.

Pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi.] Verbo PVLSANDI ita utitur uetus poeta apud Varronem lib. iv. de Ling. Lat:

Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum.

Et Virg. lib x.

Iamq. dies caelo concesserat: almaq. curru

Noctiuago Phoebe medium pulsabat Olympum.

Regales epulae mensis.] Hic locus facile conuincit Seruium, qui ait, *dapes, esse regum; epulas, priuatorum.* Horat. quoq. facit cum poeta nostro. eius uerba sunt lib. ii. & Satyra secunda: *Necdum omnis abacta Pauperies epulis regum.* Eam autem differentiam, si quis locum quaeret, ponit ille ad illud primi Aeneidos: *Qui dapibus mensas onerant. Vt simul imposita est*] lege, ex fide meorum lib. aliorumq. uet. *Vt semel imposita est.* Vt sit simile illi,

Nauim cum semel conscendit, uisus est numquam.

Iouis ales in alto.] Emenda, ut legitur in uet. *Iouis ales ab alto.* Quod sensus uidetur postulare. *Iouis ales*: περίφρασις est Aquilae, quae nūquam a Iouis latere, ut aiūt, discedit. Sic & alibi:

Et Iouis ad multas deuolet ales aues.

-super omnia] In primis, praesertim, maxime. Sic lib. viii.

-super

-ſuper omnia uultus

Acceſſere boni, nec iners, pauperq. uoluntas.

Mox ubi mens rediјt,] lib. IX. *Mens tamen ut rediјt.* Et lib. XIV uſus eſt priore hemiſtichio. Aliter alibi: *Vtq. animus rediјt, pariter rediere dolores.* Et Terentius in Hecyra:

Iſtoc uerbo animus mihi rediјt.

Quo fuit accinctus,] Ita ſupra de Pyramo.

Quoque erat accinctus, demiſit in ilia ferrum.

-uagina liberat enſem,] Melior eſt lectio meorũ lib. Dominic. atque unius Caeleſt. & Maffeiani. In quibus eſt, *Vagina deripit enſem.* In altero Caeleſt. *Traxerat.* Sed illud multo magis mihi arridet. Ita enim loquitur Virg. lib. X.

Pendenti nitidum uagina deripit enſem.

. linguam Abſtulit] linguam abſcidit. Sic loquitur Plautus in Amphitruone: *Quid eſt? quo modo? iam quidem hercle ego tibi iſtam ſceleſtã, ſcelus, linguam abſcidam.* Alio modo in Aulularia: *Quoi ego iam linguam praecidam, atque oculos effodiam domi.* Anacreon docet, Tereum Hirundini linguam abſcidiſſe.

ἢ μᾶλλον, inquit, ἔνδοθέν σευ
τὴν γλῶσαν, ὡς ὁ τηρεὺς
Εκεῖνος, ἐκθερίξω:

-libidine corpus.] Dominic. & Caeleſt. *Cupidine. -intra ſua limina ducit.*] Quidam uet. *Intra ſua moenia. -& quae tibi membra pudore Abſtulerunt,*] Ita eſt in lib. praelo ſubiectis. In meo antiquiore, *Abſtulerint.* In aliis omnibus. *Abſtulerant. - & paruis adduxit colla lacertis,*] Neſcio, quid hoc loco ſomniet Regius. Verbum autem *Adduxit*, expono amplexus eſt, circumdedit, conſtrinxit Sic ſub principium lib. IX. *Adducta brachia* dixit, implicita, connexa: *Adductaq. brachia ſoluit.* Aliter loquitur lib. XI.

-innectens ambobus colla lacertis.

Ea autem figura, quam hoc loco eſſe ait ille, uti uidetur Poeta lib. item IX. eo loco.

Quod ſua fraterno circumdet brachia collo.

Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare Senſit.] Duo Vatic. & unus meus, *Sed ſimul eximia.* Quod ualde probo. *Quam uocat hic matrem, cur non uocat illa ſororem:*] In eodẽ meo, & Abbatis: *Cur uocat hic matrem? cur uocat illa ſororem.*

rem. Nec mora,] statim, quamprimum. *Tantaq. nox animi est,*] supra:

Pro Superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent?

-sparsis furiali caede capillis,] Idem meus, *More capillis.* Quod mihi probatur maxime: licet priorem lectionem non prorsus improbem. *Prosiluit, Ityosq. caput &c.*] Non uideo, quo modo uersus stare possit. Nam syllaba *It,* praeter illã, quae syncopen recipit, breuis est, ut omnes iam sciunt. Miror hoc neminem animaduertisse. Legendum plane est hoc modo, quo legitur in uno meo & uno Caelestino, *Prosilijt, Ityosq.* *Thracius ingenti mensas clamore repellit,*] In eodem meo, *Clamore repleuit.* ad cuius quoq. marginem, eadem manu, & atramento, scriptum est, *Leuauit, uel repellit.* mihi *Repleuit,* non prorsus displicet. *-immensa uiscera gestit:*] Neque *Immensa,* neque *Demersa,* ut Regius legit, placet. Omnino probatur lectio meorum ueterum, quae est, *Emensa uiscera gestit, Immensa* autem, & *Demersa,* hoc quidem loco, monstra sane sunt. *-quarum petit altera siluas,*] Philomelam, quae in Lusciniã uersa est, intelligit. Haec auis, ut ait Sappho, est ueris nũcia. Ηρος ἄγγελος ἰμερόφωνος ἀηδών. Fabulã Terei, Philomelae, & Prognes copiose tractat Apollodorus lib. III. *E quibus Aeolides Cephalus.*] Ita sine ulla dubitatione legẽdũ est. Huius rei rationẽ satis probabilẽ reddit, quicumq. Regii comm. annotationes addidit. Hoc ideo dixi, quoniã uideo quosdã, qui legant, *Eionides.* Sed hi toto, ut dicitur, errant caelo. *Apta mihi uis est: hac tristia nubila pello: Hac freta concutio, &c.*] Videtur aliquanto melior ueterũ librorum lectio: in quibus aperte legitur hoc modo.

Apta mihi uis est, ut tristia nubila pellam:
Vt freta concutiam, nodosaq. robora uertam:
Induremq. niues, & terras grandine pulsem.

Sed in meo antiquiore eo loco, *Vt freta concutiam,* est, *Et freta.* *-& terras grandine pulso.*] Hoc duobus aliis modis dicitur ab Horatio: *Nõ uerberatae grãdine uineae.* Et: *Haud quia grando contuderit uites. Idem ego cum fra tres.*] *Fratres* dicit uẽtos. Ita lib. I. *Tanta est discordia fratrum.* *Fratres* uero existimo non solum uocasse, quod ab uno, ut fabulantur

Poe-

Poetae, geniti sint; uerũ, quia inter se similes essent. Hoc licet cognoscere a Satyris, quos itẽ Poeta noster *Fratres* appellat: quos ab uno natos esse, a nemine, quod sciam, traditur. Poetae autẽ uerba sunt superius hoc ipso libro.

& Satyri fratres.

Sciendum praeterea, ut hoc, aliud agẽs, admoneam, libros, qui ab uno eodemq. auctore conscribuntur, inter se *Fratres* uocari. Lib. I Trist. eleg. I.

Adspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos euigilauit idem.

Quinetiam Scriptor dicitur *Pater*, sumpta metaphora ab homine, qui filios gignit. Ibid.

Deq. tribus moneo, siqua est tibi cura parentis.

Quare alibi libros appellat *Viscera*. Versus, quibus hoc docetur, sunt: *Sic ego non meritos mecum peritura libellos,*
Imposui rapidis uiscera nostra rogis.

Eodem modo, quae studendo comparantur, alibi *Pignora* nominauit: *Quod licet, ut uidear tecum magis esse legendo,*
Saepe precor, studij pignora mitte tui.

-tanto molimine luctor,] In Dominic. *Tanto molimine uertor.* *-concursibus insonet aether,*] In uno meo, *Resonet concursibus aether.* *Orithyiam amans fuluis complectitur alis.*] Ita legitur hic uersus in impressis, quos ipse adhuc uiderim, omnibus: sed nõ recte. Primum, *Orithyiam amans,* M sequẽte uocali nõ abiici & absumi, est cõtra carminis rationẽ. Etsi scio Ennium eo usum esse: Alii postea recentiores non ita. Deinde, superest alter error A in amo, quod, ut uel pueri sciunt, breue est. Libri scripti in hoc aliquid afferunt opis, & adiumenti, quo rectius, & fortasse etiam uere legi possit. In Abbatis ita est:

Orithyiamq. rapit, fuluisq. amplectitur alis.

Quod uidetur Propertius confirmare libro II.

Crudelem & Boream rapta Orithvia negauit.

Et Apollonius lib. I. ἔνθ' ἄρα τήνγε Θρηΐκιος Βορέης ἀνερείψατο κεκροπίηθεν. Vbi certe hãc (Orithyian) Thracius Boreas rapuit ab Athenis. In antiquiore meo, *Orithyiamq. adamans fuluis amplectitur alis.* In altero itẽ meo: *Orithyiamq. amans fuluis amplectitur alis.* Quo modo, si reciperetur, *Que*, in demetiendo necesse esset non elidi. Huius rei

passim

pasſim exempla occurrunt. In alio Fuluii Vrſini aperte ſine ulla litura legitur: *Orithyian adamans fuluis amplectitur alis.* Ceterũ acutiores iudicent, qui legendum ſit: No lo autẽ ego iudicium interponere. Satis eſt uerſum lõge meliorem, quam ille, qui legitur in typis excuſis, reperiſſe. *-partus enixa gemellos,*] Sic lib. ſcripti, & recte. Caue ne legas, ut quidã uolunt, *Partu*, auferendi caſu. *Implumes Calaisq. puer, Zethesq. fuerunt.*] In omnib. ſcriptis eſt. *Zethus*, non *Zetes*. Atq. ita legitur illud Propertii in meo ſcripto lib. quem Fuluio Vrſino dono dedi.

Hunc ſuper & Zethus, hunc ſuper & Calais.

Sed emendatius & rectius eſt *Zetes* & in Propertio, & hoc loco. Et, quoniam hic de Boreae filiis agitur, ſciendam eos ab Hercule interfectos eſſe. Seneca in Medea:

Strauit Alcides Aquilone natos.

Per mare non notum prima petiere carina.] *Prima carina:* Primam nauem dicit fuiſſe, in quam Argonautae cõſcenderunt. Quod non hic ſolum, uerũ alibi quoque indicat.

-primae claſſis molitor Iaſon. Et:

Prima malas docuit mirantibus aequoris undas,
Peliaco pinus uertice caeſa uias:
Quae concurrentes inter temeraria cautes,
Conſpicuum fuluo uellere uexit ouem. Et:
Aequor Iaſonio pulſatum remige primum,
Quaeque nec hoſte fero, nec niue terra cares.

In hac ſententia fuit etiam Salluſtius, cuius haec citat Priſcianus lib. VI. *Namq. primũ Iaſonem, nouo itinere maris, Aeetae hoſpitis domum uiolaſſe.* Et Seneca in Medea, loquens de aureo uellere:

Merces digna prima carina. Et mox:
Ipſe, qui praedam, ſpoliumq. iuſſit
Aureum prima reuehi carina
Vſtus accenſo Pelias. &c.

Piget plura teſtimonia cõgerere. Nõ deſunt, qui dicãt fuiſſe eam, quae a Danao facta eſt. Sed reiicio lectorem ad commentarium MVRETI, in Catullum de nuptiis Pelei. Vbi multa ſcitu digna ſtudioſe, & diligenter collegit.

HER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. VII

Obseruationes.



VAE tanti caussa timoris?] In uno meo, Caussa furoris? Quo modo Claudianus lib. III de raptu Proserpinae, huc forte respiciẽs: *Tanti quae caussa furoris? Excute uirgineo conceptas pectore flãmas*] *Excute flammas*: Metaphora, sumpta a silice, Qui cũ percutitur, ab eo scintilla excutitur. Atq. hoc proprie dicitur. Infra priore illo modo:

-ut excussus elisis nubibus ignis. Et:
Excutiuntq. feris rutilos concursibus ignes. Et:
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit. Et:
-& stultos excutis ignes. Seneca in Medea.
Excute sollemnem digitis marcentibus ignem.

Proprie Virgilius lib. I. Aeneid.

Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

Et Plinius: *Ad excutiendum*, inquit, *ignem non semper lapidis occasio est. Sed trahit inuitam noua uis*:] In uno meo, *Sed grauat. -uideo meliora, proboq. Deteriora sequor.*] Hanc sententiam alibi quoq. ita expresſit:

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi:
Heu quam, quod studeas ponere, ferre graue est. Et:
Quod sequitur fugio, quod fugit ipse sequor.

Et Phaedra apud Senecam in Hippolyto:

Et ipsa nostrae fata cognosco domus,
Fugienda petimus: sed mei non sum potens.

-tau-

-tauorum afflabitur ore,] In Vatic.& Abb. *Igne* non *Ore*. *Hoc ego si patiar, tum me de Tygride natam, Tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.*] Hoc copiosius dicit infra l. IX.

-neque enim de Tygride natus,
Nec rigidos silices, solidumue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille Leaenae. Et:
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices corpus habere tuum. Et:
Duricia ut ferrum superes, adamantaque, teq. Et:
Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti,
Illic qui silices Thesea uincat, habes.
Et rursus alibi:
Te lapis & montes, innataq. rupibus altis
Robora, te saeuae progenuere ferae.
Aut mare quale uides agitari nunc quoque uentis,
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.

Dÿ meliora uelint:] Tibullus: *Dÿ meliora ferant*. Pacuuius in Chryse, citat Nonius: *Dÿ monerint meliora*. Plautus in Aulularia: *Dÿ bene uortant*. Quod usurpauit Terentius in Adelp. *Dÿ bene uortant*. Idem Plautus in Bacchidibus: *Dÿ melius faciant. -sed non is uultus in illo, Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae.*] Describit ipse alibi Iasonem:

Cur mihi plus aequo flaui placuere capilli?
Et decor & linguae gratia ficta tuae.

Ex hoc postremo uersu exprimitur, quod ait Statius in v. Theb. *-& si blandus Iason*
Virginibus dare uincla nouis.

Horatius uidetur significare fuisse formoso corpore:
Vt Argonautae praeter omnes candidum
Medea mirata est ducem. Et ipse paullo supra:
Forma mouere potest? certe mea pectora mouit.

Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque, Et natale solum uentis ablata relinquam?] Hoc ipsum se Iasoni benigne & cumulate praestitisse, epistola, quam ad eum misit, exclamans, ita conqueritur, ac dolet.

Laese pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias umbrae fratris habete mei.
Deseror amissis, regno, patriaque, domoq.

Coniuge,

Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur domui, taurosq. furentes,
Vnum non potui perdomuisse uirum.

Rursus in eadē epistola, multis interpositis carminibus:

Redde torum, pro quo tot res insana reliqui:
Adde fidem dictis, auxiliumq. refer.

Atq. hoc Hypsiphyle, superior Iasonis uxor, ipsi Medeae uitio uertit:

Prodidit illa patrem, rapui de caede Thoanta,
Deseruit Colchon, me mea Lemnos habet.

Et Medea ipsa, apud Valerium Flaccum:

Linquo domos patrias, te propter, opesq. meorum: &c. Hac de re nonnulla Euripides in Medea: Vnde aliquid Poetam nostrum sumpsisse arbitror. *Et natale solum*: Patriam. Sic & alibi:

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

-*titulum seruatae puppis Achiuae,*] Ita ueteres fere omnes. -*artesq. uirorum,*] In uno meo, duobus Vatic. *Artesq. locorum.* Placet. -*quo coniuge felix, Et Dijs cara ferar, & uertice sidera tangam.*] Ausonius Gallus cōsul designatus:

Illum ego si cernam, tum terque, quarterq. beatus,
Tunc ero bis consul, tum tangam uertice caelum.

Cicero ad Att. lib. II. ep. I.

Nostri autem principes digito se caelum putent attingere.

Et prouerbio dicitur,

Capite uel digito caelum attingere.

-*qui medijs incurrere in undis Dicuntur montes,*] In iisdē lib. et uno Caelest. *Occurrere in undis.* In altero meo, *Concurrere.* -*ratibusq. inimica Charybdis, Nunc sorbere fretum, nunc reddere.*] De qua alibi:

Quaeq. uomit totidem fluctus, totidemq. resorbet.

-*cinctaq. saeuis Scylla rapax &c.*] Dicitur, quod & ex hoc loco satis patet, Scyllam habere canes succinctos. De hac alibi quoque ita:

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibusq. canes.

Ausonius:

Scylla triplex commista tribus, Cane, Virgine, Pisce.

Ti-

Tibullus:

Scyllaq. uirgineam canibus submissa figuram.

Seneca in Medea ad illum forte nostri poetae locũ respexit: *Quid cum Siculi uirgo Pelori*
Rabidos utero succincta canes.

Virgilius in III Aeneid. scite eam describit:

At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantem, & naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo
Pube tenus: postrema immani corpore Pistrix,
Delphinum caudas utero commissa luporum.

Per freta longa ferar:] Sic prope lib. VIII. *Per freta longa trahar. -nihil illum amplexa timebo:*] Ita lib. uet. *Et iam fractus erat.*] In uno meo, Caelest. Dominic. & Abbatis, *Et iam fortis erat*. In tribus Vatic. & meo antiquiore, & utroq. Maffeiano est superior lectio; quae magis mihi uidetur probanda, propter uerba, quae sequuntur: *Pulsusq. resederat ardor. Erubuere genae:*] Ita uet. lib. Itaq. legendũ, non autem, *Et rubuere. -totoq. recanduit ore.*] In uno meo, Totoq. excanduit ore. Quod maxime placet: *Vt solet a uentis alimenta resumere,*] In eodem meo, & uno Caelest. *Alimenta assumere. -quaeq. Parua subinducta latuit scintilla fauilla Crescere, & in ueteres agitata resurgere uires:*] Hoc idem dixit politissimus scriptor, Q. Curtius lib. VI. *Parua saepe scintilla contempta, magnum excitauit incendium*. Et Seneca in Troade: *Sic male relictus igne de magno cinis uires resumit*. Horat. in epist.

Et neglecta solent incendia sumere uires.

Sic iam lenis] Lege, ex ueterib. libris: *Sic iam leuis. Vt uidit iuuenem, specie praesentis inarsit.*] Ex hoc quoq. loco facile licet perspicere ac cognoscere, Iasonem formosum & pulchrum fuisse. De quo, praeter quae supra adduximus, ita ipse in persona Medea:

Et uidi, & perii, nec notis ignibus arsi,
Ardet ut ad magnos pinea taeda Deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant,
Abstulerant oculi lumina nostra tui.

-ueluti tum deniq. uiso,] In uno meo, & uno Caelestino, *Tamquam tum deniq. uiso. -& auxilium summissa uoce rogauit.*]

nit.] De hoc in epiſtola ad Iaſonem:

Ars mea cum peteres,ut tibi ferret opem. Et:
Orat opem Minyis,petit altera,& altera habebit,
Aeſonio iuueni,quod rogat ille,damus.

Et ipſa,apud Valerium Flaccum:

Ipſe rogat certe,meq. ipſe implorat Iaſon.

Seruata promiſſa dato.] Ita ineptiſsime legitur in typis excuſis. Tu uero lege,ut eſt in Maffeianis, & aliis optimis libris ſcriptis,*Seruatus promiſſa dato.* Nam de Iaſone eſt intelligendum. *Creditus accepit*] In Dominic. *Credulus*. *Creditus* hoc loco,modo ita ſit legēdum,interpretare fidem habēs.Quamquam *Credulus* non prorſus mihi diſplicet. -*Mauortis in aruum*,] In uno meo,In agrum. -*medio rex ipſe reſedit*.] In eodem meo,& eodem Caeleſt. *Rex ipſe ſedebat.Diriguere metu Minyae. ſubit ille,nec ignes Senſit anhelatos*,]Sic legitur in impreſsis. Sed perperam. In uno meo,Caeleſt.& Dominic.*Diriguere metu ſubito Minyae,ille nec ullos Senſit anhelatus*. In ambobus Maffei,*Anhelantes*. In altero meo antiquiore, & Vaticanis , *Ille nec illos ſenſit anhelatus:* in reliquis cum aliis antiquis conueniunt. Atq. ita uerſus,ex inſulſo & deprauato,integer, ut reor, reſtitutus eſt. -*& inſuetum ferro proſcindere campum.*] Ita Lucilius lib.xxx.citat Nonius.

Tunc iugo iungas me ante,& ſuccedere aratro
Inuitum,& glebas ſubigas proſcindere ferro.

Adijciuntq.animos.]Terētius in Heautont. *Niſi mihi quidem addit animum.Semina mollit humus*] In uno meo legitur non Mollit,ſed Tollit. *Et creſcunt,fiuntq. ſati noua corpora dentes.*] De toto hoc,quod ad aureum uellus auferēdum pertinuiſſe ſcribit, ita alibi:

Seminibus iactis ſegetes adoleſſe uirorum,
Inq. necem dextra non eguiſſe tua.
Peruigilem ſpolium pecudis ſeruaſſe draconem,
Rapta tamen forti uellera fulua manu. Et:
Narrat & aeripedes Martis araſſe boues.
Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos
Et ſubito natos arma tuliſſe uiros.
Terrigenas populo ciuili Marte peremptos,
Impleſſe aetatis faſta diurna ſuae. Et:

Iſſet

Isset anhelatos non praemeditatus in ignes
Immemor Aesonides, oraq. adunca boum.
Semina iecisset, totidem sumpsisset & hostes,
Vt caderet cultu cultor ab ipse suo. Et mox:
Martis erant tauri plusquam per cornua saeui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.
Aeripedis solidi, praetentaq. naribus aera,
Nigra per afflatus haec quoq. facta suos:
Semina praeterea populos genitura iuberis
Spargere deuota laeta per arua manu:
Qui peterent natis secum sua corpora telis:
Illa erat agricolis messis iniqua suis. Et:
Iungis & aeripedes in adusto corpore tauros,
Et solidum iusso uomere scindis humum.
Arua uenenatis pro semine dentibus imples,
Nascitur & gladios scutaq. miles habens.

Effecta est hominis,] In uno meo, & uno Vatic. *Perfecta est. Ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum*; &, uno interposito uersu: *Palluit, & subito sine sanguine frigida sedit.*] De hoc ita alibi:

Ipsa ego, quae dederam medicamina, pallida sedi,
Cum uidi subitos arma tenere uiros.
Terrigenae pereunt per mutua uulnera fratres. Et:
Donec terrigenae (facinus miserabile) fratres
In se constrictas conseruere manus.

Medea ipsa, apud Senecam: *Cum iussu meo Terrigena miles mutua caede occidit. Peruigilem draconem.*] Sic alibi:

Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens
Sibilat, & toto corpore uerrit humum.

Peruigilem superest herbis sopire draconem,] Apollonius sub principium lib. IIII sic hac de re scribit.

τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατόμματον εἴσατο κούρη
ὕπνον ἀοσσητῆρα, θεῶν ὕπατον καλέουσα
ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας.

Huius (serpentis) autem rotantis in oculos infudit uirgo (Medea) somnum opitulatorem; Deorum supremum inuocans suaui uoce sopire monstrum. *Custos erat arboris aureae.*] Syneresis. Sic et alibi:

Non erat hic aries uillo spectabilis aureo:

Non

Non senis Oeetae regia; Lemnos erat.

Ex hisce uersibus manifeste apparet, potius esse Syneresim, uel Synizesin, quam uersum hypermetrũ. *Somnus in ignotos oculos aduenit,*] o. libri s. *Oculos ubi uenit*. *Heros Aesonius*] In uno Vatic. *Heros Haemonius*. *Spolioq. superbus,*] In uno meo, *Spolioq. superbit*. *Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.*] Testatur hoc loco Regius ita legi hũc uersum in uetusto exemplari. Quod uerum fuisse non puto. Illud potius crederem, eum, coniectura fretum, ut ita legeret, in hanc uenisse opinionem. Ego enim hoc loco scriptos omnes libros, id est septemdecim, diligenter inspexi, in quorum nullo est lectio, quam Regius se inuenisse affirmat. Itaq. in plerisq. erat: *Victor Cecropios tetigit, & reliqua*: In uno meo aperte legitur:

Victor ad Haemonios intrat coniuge portus.
Haemonios uictor tetigit cum coniuge portus.

Quae quidem lectio illam libri mei non parum adiuuat, ac fulcit. Quam hic noster hac de re loquens alibi etiam confirmat:

Nuper ab Haemonijs hospes mihi Thessalus oris
Venerat, & tactum uix bene limen erat.

Et rursus multo magis:

Sospes ad Haemonias, uictorq. reuerteris Vrbes,
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.

Per portus *Haemonios* intelligere atque accipere debemus Thessalos. In Thessalia enim, ut notum esse opinor, erat Iasonis Patria. Quare paullo superius uocauit eum Poeta *iuuenem Haemonium*: atque alibi quoque *maritum Haemonium*. Valerius praeterea Flaccus *Haemonium ducem* dixit. Atque eodem modo Achillem, aliosque, qui e Thessalia oriundi sunt. Si quis tamẽ mallet, ut est in libro Vaticano, non magnopere pugnabo. Lectionem libri mei probauit, cuius famam nulla umquam delebit obliuio, optimus ac clarissimus uir, Paullus Manutius. Cuius ex obitu ∞ D. LXXIV. Oct. Id. Aprilis sub horam uigesimam magnam Latinus sermo accepit iacturam. Is in epistola, quam, cum ab eo hoc cognoscere auerem, ad me misit, ita scribit. Estq. ita in manibus.

G *P. Ma-*

P. Manutius Herculi Ciofano S.

Non possum non amare uehementer industriam tuam, qua te uti uideo in emendando gentili tuo, Poeta summo. Perge, ut coepisti. nam & gloriae tuae consules, & alios ad eandem laudem excitabis. Victor ad Haemonios, magis arridet, quam, Victor Iolciacos: accedente praesertim antiqui libri testimonio. Regius autem, inania captans, ueritatem quaerebat in tenebris. Tu longe certiora sequeris. Itaque tibi libenter assentior. Vale. Romae. XIII. *Kal. Apr.* ∞. D. LXIX.

Haemoniae matres] Hic quoque locus satis etiam indicat, ut *Haemonios* portus legatur. *Victima*) Vnde dicatur *Victima*, docet ipse I. Fast.

Victima, quae cecidit dextra uictrice uocatur.

-*sed abest gratantibus Aeson. gratantibus:* Hoc est, ab illis, qui Iasonem sospitē atque incolumem reuersum gratulabantur. -*fessus senilibus annis.*] senio confectus. Venus II Aeneid. de Anchise dixit: *Fessus aetate. Et solida terras spectauit imagine Luna,*] Plenilunij Periphrasis. Caesar lib. IV de bello Gallico: *Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, quae maritimos aestus maximos in Oceano efficere consueuit.* -*nullo cum murmure serpens.*] Emenda ex libro Fuluii Vrsini, & duobus Vaticanis, *Nullo cum murmure Sepes, Sopito similis, nullo cum murmure serpit*. Hic quoque uersus corrupte, ac deprauate legitur. In iisdem libris est:

Sopito similis nullo cum murmure serpens.

In utroq. meo, Caelest. & Dominicano:

Sopitis similis nullo cum murmure serpens.

Vnus Maffei, *nullo cum murmure serpens, Sopito similis, nullo cū murmure sepes*. Ordine praepostero. *Irrorauit aquis,*] In uno meo, *Irrigauit. Nox, ait, arcanis fidissima, quaeque diurnis Aurea cum Luna succeditis ignibus astra, Tuq. triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris, Adiutrixq. uenis*. Quem subiiciam, locus Senecae ex Hippolyto, cū hoc nescio quid similitudinis habere uidetur.

Regina nemorum, sola quae montes colis,
Et una solis montibus coleris dea,
Conuerte tristes omnium in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea,

tie.

Clarumq. caeli sidus, & noctis decus,
Cuius relucet mundus alterna face.
Hecate triformis: en ades coeptis fauens.

concussaq. sisto,] Facio, ut commota sistant. *Stantia concutio cantu freta, nubila pello, Nubilaq. induco: uentos abigoq. uocoque: Vipereas rumpo & uerbis, & carmine fauces, Viuaq. saxa, sua conuulsaq. robora terra, Et siluas moueo, iubeoq. tremiscere montes; Et mugire solum, manesq. exire sepulcris.*] Totum hoc alibi aliter describit:

Nec facie, meritisq. placet, sed carmina mouit,
Diraq. cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas: oblitaq. flumina sistit:
Illa loco siluas, uiuaq. saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis,
Certaq. de tepidis colligit ossa rogis.
Deuouet absentes, simulacraq. cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur urget acus.

Te quoq. Luna traho:] Hoc alio modo dicitur deducere Lunam. Alibi:

Carmina sanguineae deducunt cornua Lunae. Et:
Hunc tu non poteris per te deducere caelo.

Virgilius:

Carmina uel caelo possunt deducere Lunam,

Aliter dicitur *Euocare*. Ipse alibi:

Euocat antiquis proauos, atauosq. sepulcris.

Aliter *Elicere*:

Eliciunt caelo te Iuppiter.

Sic M. Tullius in interrogatione in Vatinium: *Cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis Deos manes mactare soleas.* Rursus aliter. Silius lib. IIX.

Et Lunam excussisse polo.

Aliter Propertius:

Et iam Luna negat toties descendere caelo.

Aliter Horatius:

Quae sidera excantata uoce Thessala,
Lunamq. caelo deripit.

Aliter. Idem Horatius:

Per atque libros carminum ualentium
Refixa caelo deuocare sidera.

-quamuis temerata labores Aera tuos minuunt.] Sic omnes libri s. Sunt; qui affirment in quibusdam ueterib. legi, *Temesaea aera.* Quam lectionem ipse cōprobat lib. v. Fast.

Rursus aquam tangit, Temesaeaq. concrepat aera.

Et Statius in Siluis; *Nusquam Temesaea notabis aera.* Non tamen priorem penitus reiicio. *-ac pallet nostris Aurora uenenis.*] Valer. Flaccus ait ignem quoque Medeae ueneno pallescere,

-& uiso pallescit flamma ueneno.

Custodemq. rudem somno sopistis,] Quam periculosum sit a ueteribus libris discedere, praesertim cum omnes consentiunt, hic plane locus argumento est. Regius, cum nesciret uerbum R V D I S ablatiuo iungi, ubi est *Somno, Somni* reponendum esse, dicere ausus est. Perperam, &, si fas est dicere, etiam temere. R V D I S enim non solum genitiuo adhæret, sed cum genitiuo quoq. rectissime copulatur. C. Velleius Pater. lib. posteriore. *Sane,* inquit, *non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem, uerbis rudem &c.* Idem ibidem: *Hic adolescens erat studijs rudis, sermone barbarus, & reliqua.* Ouidius ipse:

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Statius: *-Chromis asper, & asper*
Hippodamus non arte rudis. Idem:
-atque auro rude fulmen habebat.

Verū in uno meo legitur, *Custodēq. grauē somno sopistis.* Sed nō satis placet. Hūc locū intelligit uir doctrina singulari, ac de Latinis, Graecisq. litteris optime meritus, Paullus Manutius, altera epistola, quam ad me dedit: Quae est:

Paullus Manutius Herculi Ciofano suo S.

Inscriptiones illae nihil habent, quod oblectationem, aut doctrinam legentibus afferre possint. Quod si tibi similes occurrerint, inanem laborem suscipere te nolo. De Ouidij loco, ad tuam sententiam opinionem meam adscribas licet. Regius ille saepe alucinatus. Tu si perges, ut coepisti, Poetam ingeniosum, ciuem tuum, a mendarum labe non mediocri tua cum laude uindicabis. Vale. Romae. Pridie Kal. Sext. ∞. D. LXIX.

-subiectaq. Thessala Tempe Despicit. Thessala Tempe:] Sic Hora-

Horatius oda vii.lib.v carm. *Aut Thessala Tempe.* Quem locum interpretans Ioannes Caesarius, uir sane doctus haec scitu digna ibi collegit: *Tempe, loca amoenissima Thessaliae inter Olympum & Ossam. Thessaliae montes altissimos, quae quidem aestiuo tempore arborum opacitate, fontium scaturigine, auium concentu, & leni instar olei Penei fluminis fluxu maximam spectantibus afferunt hilaritatem. siquis horum locorum situm cognoscere uelit, legat tertium librum Aeliani de uaria historia. Callimachus etiam meminit.*

πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ τεμπέων

Peneus, qui uoluitur per tempe. Quare sine dubio Graecum est uocabulum, contra Lutatium, qui putat Tempe dicta esse a temperie. Scite etiam Tempe describit poeta noster in primo huius operis: *Est locus Haemoniae, praerupta quod undique claudit Silua, uocãt Tempe; per quae Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis uoluitur undis, Deiectuq. graui tenues agitantia fumos Nubila conducit, summisq. aspergine siluis Influit, & sonitu plusquam uicina fatigat.* Scribit Seruius in II. Georg. *Tempe proprie esse, quae in Thessalia sunt, & abusiue quamlibet amoenitatem uocari Tempe.* Cuius opinionem probare uidetur Cicero, cuius haec sunt lib. IV. ad Atticum: *Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem caussam contra Interamnates apud Cõsulem, & decem legatos, quod lacus Velinus a Man. Curio emissus, interciso monte, in Nar defluit. -Et uisis regionibus applicat angues.*] Lege, ex Vet. libris, *Et cretis regionibus, Otryxq. & Pindus, & Pindo.*] Libri mei, atq. aliquot alii habẽt, *Otryxque, Pindusque, & Pindo.* Rectius. *Multa quoq. Apidani.*] Ita falso & hic & in primo libro Regius contendit legendum esse. Quibus in locis foedissime alucinatur. Tu uero lege, ut est in omnibus calamo notatis: *Multa quoque Eridani.* De quo in primo diximus. *Multa quoque Amphrysi:*] Repetitio. *-nec eras immunis Enipeu.*] Scripti omnes libri, *Enipheu* per Ph. Qua de re in primo, & in sexto abunde egimus. *-iuncosaq. litora Boebes.*] Ita arbitratur Regius legi debere; & quidẽ absurdum non est. Manuscripti uero ad unum habent, *Phoebes.* Quod fortasse etiam retineri posset: siquidem Poetae regionũ loca interdum non seruant, sed multa cõfundũt. Atq. in sequenti uersu a Thessalicae locis discedit. Hoc

rem. Nec mora,] statim, quamprimum. *Tantaq. nox animi est,*] supra:

Pro Superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent?

-sparsis furiali caede capillis,] Idem meus, *More capillis*. Quod mihi probatur maxime: licet priorem lectionem non prorsus improbem. *Prosiluit, Ityosq. caput &c.*] Non uideo, quo modo uersus stare possit. Nam syllaba *It*, praeter illã, quae syncopen recipit, breuis est, ut omnes iam sciunt. Miror hoc neminem animaduertisse. Legendum plane est hoc modo, quo legitur in uno meo & uno Caelestino, *Prosilijt, Ityosq.* *Thracius ingenti mensas clamore repellit,*] In eodem meo, *Clamore repleuit.* ad cuius quoq. marginem, eadem manu, & atramento, scriptum est, *Leuauit, uel repellit.* mihi *Repleuit,* non prorsus displicet. *-immensa uiscera gestit:*] Neque *Immensa,* neque *Demersa,* ut Regius legit, placet. Omnino probatur lectio meorum ueterum, quae est, *Emensa uiscera gestit*, *Immensa* autem, & *Demersa,* hoc quidem loco, monstra sane sunt. *-quarum petit altera siluas,*] Philomelam, quae in Lusciniã uersa est, intelligit. Haec auis, ut ait Sappho, est ueris nũcia. Ηρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών. Fabulã Terei, Philomelae, & Prognes copiose tractat Apollodorus lib. III. *E quibus Aeolides Cephalus.*] Ita sine ulla dubitatione legẽdũ est. Huius rei rationẽ satis probabilẽ reddit, quicumq. Regii comm. annotationes addidit. Hoc ideo dixi, quoniã uideo quosdã, qui legant, *Eionides*. Sed hi toto, ut dicitur, errant caelo. *Apta mihi uis est: hac tristia nubila pello: Hac freta concutio, &c.*] Videtur aliquanto melior ueterũ librorum lectio: in quibus aperte legitur hoc modo.

Apta mihi uis est, ut tristia nubila pellam:
Vt freta concutiam, nodosaq. robora uertam:
Induremq. niues, & terras grandine pulsem.

Sed in meo antiquiore eo loco, *Vt freta concutiam*, est, *Et freta - & terras grandine pulso.*] Hoc duobus aliis modis dicitur ab Horatio: *Nõ uerberatae grãdine uineae*. Et: *Haud quia grando contuderit uites. Idem ego cum fra res.*] *Fratres* dicit uẽtos. Ita lib. I. *Tanta est discordia fratrum. Fratres* uero existimo non solum uocasse, quod ab uno, ut fabulantur

Poe-

Poetae, geniti sint; uerũ, quia inter se similes essent. Hoc licet cognoscere a Satyris, quos itẽ Poeta noster *Fratres* appellat: quos ab uno natos esse, a nemine, quod sciam, traditur. Poetae autẽ uerba sunt superius hoc ipso libro.

& Satyri fratres.

Sciendum praeterea, ut hoc, aliud agẽs, admoneam, libros, qui ab uno eodemq. auctore conscribuntur, inter se *Fratres* uocari. Lib. I Trist. eleg. I.

Adspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos euigilauit idem.

Quinetiam Scriptor dicitur *Pater*, sumpta metaphora ab homine, qui filios gignit. Ibid.

Deq. tribus moneo, siqua est tibi cura parentis.

Quare alibi libros appellat *Viscera*. Versus, quibus hoc docetur, sunt: *Sic ego non meritos mecum peritura libellos,*
Imposui rapidis uiscera nostra rogis.

Eodem modo, quae studendo comparantur, alibi *Pignora* nominauit: *Quod licet, ut uidear tecum magis esse legendo,*
Saepe precor, studij pignora mitte tui.

-tanto molimine luctor,] In Dominic. *Tanto molimine uertor.* *-concursibus insonet aether,*] In uno meo, *Resonet concursibus aether.* *Orithyiam amans fuluis complectitur alis.*] Ita legitur hic uersus in impressis, quos ipse adhuc uiderim, omnibus: sed nõ recte. Primum, *Orithyiam amans,* M sequẽte uocali nõ abijci & absumi, est cõtra carminis rationẽ. Etsi scio Ennium eo usum esse: Alii postea recentiores non ita. Deinde, superest alter error A in amo, quod, ut uel pueri sciunt, breue est. Libri scripti in hoc aliquid afferunt opis, & adiumenti, quo rectius, & fortasse etiam uere legi possit. In Abbatis ita est:

Orithyiamq. rapit, fuluisq. amplectitur alis.

Quod uidetur Propertius confirmare libro II.

Crudelem & Boream rapta Orithyia negauit.

Et Apollonius lib. I. ἔνθ' ἄρα τήνγε θρηΐκιος βορέης ἀνερείψατο κεκροπίηθεν. Vbi certe hãc (Orithyian) Thracius Boreas rapuit ab Athenis. In antiquiore meo, *Orithyiamq. adamans fuluis amplectitur alis.* In altero itẽ meo: *Orithyiamq. amans fuluis amplectitur alis.* Quo modo, si reciperetur, *Que*, in demetiendo necesse esset non elidi. Huius rei

passim

paſsim exempla occurrunt. In alio Fuluii Vrſini aperte ſine ulla litura legitur: *Orithyian adamans fuluis amplectitur alis.* Ceterũ acutiores iudicent, qui legendum ſit: Nolo autẽ ego iudicium interponere. Satis eſt uerſum lõge meliorem, quam ille, qui legitur in typis excuſis, reperiſſe. *-partus enixa gemellos,*] Sic lib. ſcripti, & recte. Caue ne legas, ut quidã uolunt, *Partu,* auferendi caſu. *Implumes Calaisq. puer, Zethesq. fuerunt.*] In omnib. ſcriptis eſt. *Zethus,* non *Zetes.* Atq. ita legitur illud Propertii in meo ſcripto lib. quem Fuluio Vrſino dono dedi.

Hunc ſuper & Zethus, hunc ſuper & Calais.

Sed emendatius & rectius eſt *Zetes* & in Propertio, & hoc loco. Et, quoniam hic de Boreae filiis agitur, ſciendam eos ab Hercule interfectos eſſe. Seneca in Medea:

Strauit Alcides Aquilone natos.

Per mare non notum prima petiere carina.] *Prima carina:* Primam nauem dicit fuiſſe, in quam Argonautae cõſcenderunt. Quod non hic ſolum, uerũ alibi quoque indicat.

-primae claſſis molitor Iaſon. Et:

Prima malas docuit mirantibus aequoris undas,
Peliaco pinus uertice caeſa uias:
Quae concurrentes inter temeraria cautes,
Conſpicuum fuluo uellere uexit ouem. Et:
Aequor Iaſonio pulſatum remige primum,
Quaeque nec hoſte fero, nec niue terra cares.

In hac ſententia fuit etiam Salluſtius, cuius haec citat Priſcianus lib. VI. *Namq. primũ Iaſonem, nouo itinere maris, Aeetae hoſpitis domum uiolaſſe.* Et Seneca in Medea, loquens de aureo uellere:

Merces digna prima carina. Et mox:
Ipſe, qui praedam, ſpoliumq. iuſſit
Aureum prima reuehi carina
Vſtus accenſo Pelias. &c.

Piget plura teſtimonia cõgerere. Nõ deſunt, qui dicãt fuiſſe eam, quae a Danao facta eſt. Sed reiicio lectorem ad commentarium MVRETI, in Catullum de nuptiis Pelei. Vbi multa ſcitu digna ſtudioſe, & diligenter collegit.

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. VII

Obseruationes.



VAE tanti caussa timoris?] In uno meo, Caussa furoris? Quo modo Claudianus lib. III de raptu Proserpinae, huc forte respiciēs: *Tanti quae caussa furoris? Excute uirgineo conceptas pectore flāmas*] *Excute flammas*: Metaphora, sumpta a silice, Qui cū percutitur, ab eo scintilla excutitur. Atq. hoc proprie dicitur. Infra priore illo modo:

-ut excussus elisis nubibus ignis. Et:
Excutiuntq. feris rutilos concursibus ignes. Et:
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit. Et:
-& stultos excutis ignes. Seneca in Medea.
Excute sollemnem digitis marcentibus ignem.

Proprie Virgilius lib. I. Aeneid.

Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

Et Plinius: *Ad excutiendum,* inquit, *ignem non semper lapidis occasio est. Sed trahit inuitam noua uis:*] In uno meo, *Sed grauat. -uideo meliora, proboq. Deteriora sequor.*] Hanc sententiam alibi quoq. ita expressit:

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi:
Heu quam, quod studeas ponere, ferre graue est. Et:
Quod sequitur fugio, quod fugit ipse sequor.

Et Phaedra apud Senecam in Hippolyto:

Et ipsa nostrae fata cognosco domus,
Fugienda petimus: sed mei non sum potens.

-tan-

Taurorum afflabitur ore,] In Vatic.& Abb. *Igne* non *Ore*. *Hoc ego si patiar, tum me de Tygride natam, Tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.*] Hoc copiosius dicit infra l. IX.

-neque enim de Tygride natus,
Nec rigidos silices, solidumue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille Leaenae. Et:
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices corpus habere tuum. Et:
Duricia ut ferrum superes, adamantaque, teq. Et:
Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti,
Illic qui silices Thesea uincat, habes.
Et rursus alibi:
Te lapis & montes, innataq. rupibus altis
Robora, te saeuae progenuere ferae.
Aut mare quale uides agitari nunc quoque uentis,
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.

Dij meliora uelint:] Tibullus: *Dij meliora ferant*. Pacuuius in Chryse, citat Nonius: *Dij monerint meliora*. Plautus in Aulularia: *Dij bene uortant*. Quod usurpauit Terentius in Adelp. *Dij bene uortant*. Idem Plautus in Bacchidibus: *Dij melius faciant*. *-sed non is uultus in illo, Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae.*] Describit ipse alibi Iasonem:

Cur mihi plus aequo flaui placuere capilli?
Et decor & linguae gratia ficta tuae.

Ex hoc postremo uersu exprimitur, quod ait Statius in v. Theb. *-& si blandus Iason*
Virginibus dare uincla nouis.

Horatius uidetur significare fuisse formoso corpore:
Vt Argonautae praeter omnes candidum
Medea mirata est ducem. Et ipse paullo supra:
Forma mouere potest? certe mea pectora mouit.

Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque, Et natale solum uentis ablata relinquam?] Hoc ipsum se Iasoni benigne & cumulate praestitisse, epistola, quam ad eum misit, exclamans, ita conqueritur, ac dolet.

Laese pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias umbrae fratris habete mei.
Deseror amissis, regno, patriaque, domoq.

Coniuge,

Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur domui, taurosq. furentes,
Vnum non potui perdomuisse uirum.

Rursus in eadẽ epistola, multis interpositis carminibus:

Redde torum, pro quo tot res insana reliqui:
Adde fidem dictis, auxiliumq. refer.

Atq. hoc Hypsiphyle, superior Iasonis uxor, ipsi Medeae uitio uertit:

Prodidit illa patrem, rapui de caede Thoanta,
Deseruit Colchon, me mea Lemnos habet.

Et Medea ipsa, apud Valerium Flaccum:

Linquo domos patrias, te propter, opesq. meorum: &c. Hac de re nonnulla Euripides in Medea: Vnde aliquid Poetam nostrum sumpsisse arbitror. *Et natale solum*: Patriam. Sic & alibi:

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

-titulum seruatae puppis Achiuae,] Ita ueteres fere omnes. *-artesq. uirorum,*] In uno meo, duobus Vatic. *Artesq. locorum.* Placet. *-quo coniuge felix, Et Dijs cara ferar, & uertice sidera tangam.*] Ausonius Gallus cõsul designatus:

Illum ego si cernam, tum terque, quaterq. beatus,
Tunc ero bis consul, tum tangam uertice caelum.

Cicero ad Att. lib. 11. ep. 1.

Nostri autem principes digito se caelum putent attingere.

Et prouerbio dicitur,

Capite uel digito caelum attingere.

-qui medijs incurrere in undis Dicuntur montes,] In iisdẽ lib. et uno Caelest. *Occurrere in undis.* In altero meo, *Concurrere.* *-ratibusq. inimica Charybdis, Nunc sorbere fretum, nunc reddere.*] De qua alibi:

Quaeq. uomit totidem fluctus, totidemq. resorbet.

-cinctaq. saeuis Scylla rapax &c.] Dicitur, quod & ex hoc loco satis patet, Scyllam habere canes succinctos. De hac alibi quoque ita:

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibusq. canes.

Ausonius:

Scylla triplex commista tribus, Cane, Virgine, Pisce.

Ti-

nit.] De hoc in epistola ad Iasonem:

Ars mea cum peteres, ut tibi ferret opem. Et:
Orat opem Minyis, petit altera, & altera habebit,
Aesonio iuueni, quod rogat ille, damus.

Et ipsa, apud Valerium Flaccum:

Ipse rogat certe, meq. ipse implorat Iason.

Seruata promißa dato.] Ita ineptissime legitur in typis excusis. Tu uero lege, ut est in Maffeianis, & aliis optimis libris scriptis, *Seruatus promissa dato.* Nam de Iasone est intelligendum. *Creditus accepis*] In Dominic. *Credulus.* *Creditus* hoc loco, modo ita sit legēdum, interpretare fidem habēs. Quamquam *Credulus* non prorsus mihi displicet. *-Mauortis in aruum,*] In uno meo, In agrum. *-medio rex ipse resedit.*] In eodem meo, & eodem Caelest. *Rex ipse sedebat. Diriguere metu Minyae. subit ille, nec ignes Sensit anhelatos,*] Sic legitur in impressis. Sed perperam. In uno meo, Caelest. & Dominic. *Diriguere metu subito Minyae, ille nec ullos Sensit anhelatus.* In ambobus Maffei, *Anhelantes.* In altero meo antiquiore, & Vaticanis, *Ille nec illos sensit anhelatus:* in reliquis cum aliis antiquis conueniunt. Atq. ita uersus, ex insulso & deprauato, integer, ut reor, restitutus est. *-& insuetum ferro proscindere campum.*] Ita Lucilius lib. xxx. citat Nonius.

Tunc iugo iungas me ante, & succedere aratro
Inuitum, & glebas subigas proscindere ferro.

Adijciuntq. animos.] Terētius in Heautont. *Nisi mihi quidem addit animum. Semina mollit humus*] In uno meo legitur non Mollit, sed Tollit. *Et crescunt, fiuntq. sati noua corpora dentes.*] De toto hoc, quod ad aureum uellus auferēdum pertinuisse scribit, ita alibi:

Seminibus iactis segetes adolesse uirorum,
Inq. necem dextra non eguisse tua.
Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem,
Rapta tamen forti uellera fulua manu. Et:
Narrat & aeripedes Martis araße boues.
Vipereos dentes in humum pro semine iactos
Et subito natos arma tulisse uiros.
Terrigenas populo ciuili Marte peremptos,
Implesse aetatis fasta diurna suae. Et:

Isset

Iſſet anhelatos non praemeditatus in ignes
Immemor Aeſonides,oraq. adunca boum.
Semina ieciſſet,totidem ſumpſiſſet & hoſtes,
Vt caderet cultu cultor ab ipſe ſuo. Et mox:
Martis erant tauri pluſquam per cornua ſaeui,
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat.
Aeripedis ſolidi,praetentaq. naribus aera,
Nigra per afflatus haec quoq. facta ſuos:
Semina praeterea populos genitura iuberis
Spargere deuota laeta per arua manu:
Qui peterent natis ſecum ſua corpora telis:
Illa erat agricolis meſſis iniqua ſuis. Et:
Iungis & aeripedes in aduſto corpore tauros,
Et ſolidum iuſſo uomere ſcindis humum.
Arua uenenatis pro ſemine dentibus imples,
Naſcitur & gladios ſcutaq.miles habens.

Effecta eſt hominis,]In uno meo, & uno Vatic. *Perfecta eſt. Ipſa quoque extimuit,quae tutum fecerat illum;* &,uno interpoſito uerſu: *Palluit,& ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.*] De hoc ita alibi:

Ipſa ego,quae dederam medicamina,pallida ſedi,
Cum uidi ſubitos arma tenere uiros.
Terrigenae pereunt per mutua uulnera fratres. Et:
Donec terrigenae(facinus miſerabile) fratres
In ſe conſtrictas conſeruere manus.

Medea ipſa,apud Senecam: *Cum iuſſu meo Terrigena miles mutua caede occidit.Peruigilem draconem.*] Sic alibi:

Peruigil ecce draco ſquamis crepitantibus horrens
Sibilat,& toto corpore uerrit humum.

Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem,] Apollonius ſub principium lib.IIII ſic hac de re ſcribit.

τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατόμματον εἵσατο κούρη
ὕπνον ἀοσσητῆρα, θεῶν ὕπατον καλέουσα
ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας.

Huius(ſerpentis)autem rotantis in oculos infudit uirgo(Medea)ſomnum opitulatorem; Deorum ſupremum inuocans ſuaui uoce ſopire monſtrum. *Cuſtos erat arboris aureae.*] Syneresis. Sic et alibi:

Non erat hic aries uillo ſpectabilis aureo:

Non

Non senis Oeetae regia; Lemnos erat.

Ex hisce uersibus manifeste apparet, potius esse Synaeresim, uel Synizesin, quam uersum hypermetrũ. *Somnus in ignotos oculos aduenit,*] o. libri s. *Oculos ubi uenit*. *Heros Aesonius*] In uno Vatic. *Heros Haemonius*. *spolioq. superbus,*] In uno meo, *Spolioq. superbit*. *Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.*] Testatur hoc loco Regius ita legi hũc uersum in uetusto exemplari. Quod uerũm fuisse non puto. Illud potius crederem, eum, coniectura fretum, ut ita legeret, in hanc uenisse opinionem. Ego enim hoc loco scriptos omnes libros, id est septemdecim, diligenter inspexi, in quorum nullo est lectio, quam Regius se inuenisse affirmat. Itaq. in plerisq. erat: *Victor Cecropios tetigit,* & reliqua: In uno meo aperte legitur:

Victor ad Haemonios intrat coniuge portus.
Haemonios uictor tetigit cum coniuge portus.

Quae quidem lectio illam libri mei non parum adiuuat, ac fulcit. Quam hic noster hac de re loquens alibi etiam confirmat:

Nuper ab Haemonijs hospes mihi Thessalus oris
Venerat, & tactum uix bene limen erat.

Et rursus multo magis:

Sospes ad Haemonias, uictorq. reuerteris Vrbes,
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.

Per portus *Haemonios* intelligere atque accipere debemus Thessalos. In Thessalia enim, ut notum esse opinor, erat Iasonis Patria. Quare paullo superius uocauit eum Poeta *iuuenem Haemonium:* atque alibi quoque *maritum Haemonium*. Valerius praeterea Flaccus *Haemonium ducem* dixit. Atque eodem modo Achillem, aliosque, qui e Thessalia oriundi sunt. Si quis tamẽ mallet, ut est in libro Vaticano, non magnopere pugnabo. Lectionem libri mei probauit, cuius famam nulla umquam delebit obliuio, optimus ac clarissimus uir, Paullus Manutius. Cuius ex obitu ∞ D. LXXIV. Oct. Id. Aprilis sub horam uigesimam magnam Latinus sermo accepit iacturam. Is in epistola, quam, cum ab eo hoc cognoscere auerem, ad me misit, ita scribit. Estq. ita in manibus.

G *P. Ma-*

P. Manutius Herculi Ciofano S.

Non possum non amare uehementer industriam tuam, qua te uti uideo in emendando gentili tuo, Poeta summo. Perge, ut coepisti. nam & gloriae tuae consules, & alios ad eandem laudem excitabis. Victor ad Haemonios, magis arridet, quam, Victor Iolciacos: accedente praesertim antiqui libri testimonio. Regius autem, inania captans, ueritatem quaerebat in tenebris. Tu longe certiora sequeris. Itaque tibi libenter assentior. Vale. Roma. XIII. Kal. Apr. ∞. D. LXIX.

Haemoniae matres] Hic quoque locus satis etiam indicat, ut *Haemonios* portus legatur. *Victima*) Vnde dicatur *Victima*, docet ipse I. Fast.

Victima, quae cecidit dextra uictrice uocatur.

-*sed abest gratantibus Aeson. gratantibus:* Hoc est, ab illis, qui Iasonem sospitẽ atque incolumem reuersum gratulabantur. -*fessus senilibus annis.*] senio confectus. Venus II Aeneid. de Anchise dixit: *Fessus aetate. Et solida terras spectauit imagine Luna,*] Plenilunij Periphrasis. Caesar lib. IV de bello Gallico: *Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, quae maritimos aestus maximos in Oceano efficere consueuit.* -*nullo cum murmure serpens.*] Emenda ex libro Fuluii Vrsini, & duobus Vaticanis, *Nullo cum murmure Sepes, Sopito similis, nullo cum murmure serpit*. Hic quoque uersus corrupte, ac deprauate legitur. In iisdem libris est:

Sopito similis nullo cum murmure serpens.

In utroq. meo, Caelest. & Dominicano:

Sopitis similis nullo cum murmure serpens.

Vnus Maffei, *nullo cum murmure serpens, Sopito similis, nullo cũ murmure sepes*. Ordine praepostero. *Irrorauit aquis,*] In uno meo, *Irrigauit. Nox, ait, arcanis fidissima, quaeque diurnis Aurea cum Luna succeditis ignibus astra, Tuq. triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris, Adiutrixq. uenis.* Quem subiiciam, locus Senecae ex Hippolyto, cũ hoc nescio quid similitudinis habere uidetur.

Regina nemorum, sola quae montes colis,
Et una solis montibus coleris dea,
Converte tristes omnium in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea,

Ele-

Clarumq. caeli sidus, & noctis decus,
Cuius relucet mundus alterna face.
Hecate triformis: en ades coeptis fauens.

concussaq. sisto,] Facio, ut commota sistant. *Stantia concutio cantu freta, nubila pello, Nubilaq. induco: uentos abigoq. uocoque: Vipereas rumpo & uerbis, & carmine fauces, Viuaq. saxa, sua conuulsaq. robora terra, Et siluas moueo, iubeoq. tremiscere montes; Et mugire solum, manesq. exire sepulcris.*]

Totum hoc alibi aliter describit:

Nec facie, meritisq. placet, sed carmina mouit,
Diraq. cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas: oblitaq. flumina sistit:
Illa loco siluas, uiuaq. saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis,
Certaq. de tepidis colligit ossa rogis.
Deuouet absentes, simulacraq. cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur urget acus.

Te quoq. Luna traho:] Hoc alio modo dicitur deducere Lunam. Alibi:

Carmina sanguineae deducunt cornua Lunae. Et:
Hunc tu non poteris per te deducere caelo.

Virgilius:

Carmina uel caelo possunt deducere Lunam,

Aliter dicitur *Euocare.* Ipse alibi:

Euocat antiquis proauos, atauosq. sepulcris.

Aliter *Elicere:*

Eliciunt caelo te Iuppiter.

Sic M. Tullius in interrogatione in Vatinium: *Cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis Deos manes mactare soleas.* Rursus aliter. Silius lib. IIX.

Et Lunam excussisse polo.

Aliter Propertius:

Et iam Luna negat toties descendere caelo.

Aliter Horatius:

Quae sidera excantata uoce Thessala,
Lunamq. caelo deripit.

Aliter. Idem Horatius:

Per atque libros carminum ualentium
Refixa caelo deuocare sidera.

-quamuis temerata labores Aera tuos minuunt.] Sic omnes libri s. Sunt, qui affirment in quibusdam ueterib. legi, *Temesaea aera.* Quam lectionem ipse cõprobat lib. v. Fast.

Rursus aquam tangit, Temesaeaq. concrepat aera.

Et Statius in Siluis: *Nusquam Temesaea notabis aera.* Non tamen priorem penitus reiicio. *-ac pallet nostris Aurora uenenis.*] Valer. Flaccus ait ignem quoque Medeae ueneno pallescere,

-& uiso pallescit flamma ueneno.

Custodemq. rudem somno sopistis,] Quam periculosum sit a ueteribus libris discedere, praesertim cum omnes consentiunt, hic plane locus argumento est. Regius, cum nesciret uerbum RVDIS ablatiuo iungi, ubi est *Somno*, *Somni* reponendum esse, dicere ausus est. Perperam, &, si fas est dicere, etiam temere. RVDIS enim non solum genitiuo adhæret, sed cum genitiuo quoq. rectissime copulatur. C. Velleius Pater. lib. posteriore. *Sane*, inquit, *non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem, uerbis rudem &c.* Idem ibidem: *Hic adolescens erat studijs rudis, sermone barbarus, & reliqua.* Ouidius ipse:

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Statius: *-Chromis asper, & asper*
Hippodamus non arte rudis. Idem:
-atque auro rude fulmen habebat.

Verũ in uno meo legitur, *Custodẽq. grauẽ somno sopistis.* Sed nõ satis placet. Hũc locũ intelligit uir doctrina singulari, ac de Latinis, Graecisq. litteris optime meritus, Paullus Manutius, altera epistola, quam ad me dedit: Quae est:

Paullus Manutius Herculi Ciofano suo S.

Inscriptiones illae nihil habent, quod oblectationem, aut doctrinam legentibus afferre possint. Quod si tibi similes occurrerint, inanem laborem suscipere te nolo. De Ouidij loco, ad tuam sententiam opinionem meam adscribas licet. Regius ille saepe alucinatus. Tu si perges, ut coepisti, Poetam ingeniosum, ciuem tuum, a mendarum labe non mediocri tua cum laude uindicabis. Vale. Romae. Pridie Kal. Sext. ∞. D. LXIX.

-subiectaq. Thessala Tempe Despicit. Thessala Tempe:] Sic Hora-

Horatius oda vii.lib.v carm. *Aut Thessala Tempe.* Quem locum interpretans Ioannes Caesarius, uir sane doctus haec scitu digna ibi collegit: *Tempe, loca amoenissima Thessaliae inter Olympum & Ossam. Thessaliae montes altissimos, quae quidem aestiuo tempore arborum opacitate, fontium scaturigine, auium concentu, & leni instar olei Penei fluminis fluxu maximam spectantibus afferunt hilaritatem. si quis horum locorum situm cognoscere uelit, legat tertium librum Aeliani de uaria historia. Callimachus etiam meminit.*

πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ τεμπέων

Peneus, qui uoluitur per tempe. Quare sine dubio Graecum est uocabulum, contra Lutatium, qui putat Tempe dicta esse a temperie. Scite etiam Tempe describit poeta noster in primo huius operis: *Est locus Haemoniae, praerupta quod undique claudit Silua, uocat Tempe; per quae Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis uoluitur undis, Deiectuq. graui tenues agitantia fumos Nubila conducit, summisq. aspergine siluis Influit, & sonitu plusquam uicina fatigat.* Scribit Seruius in II. Georg. *Tempe proprie esse, quae in Thessalia sunt, & abusiue quamlibet amoenitatem uocari Tempe.* Cuius opinionem probare uidetur Cicero, cuius haec sunt lib. IV. ad Atticum: *Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem caussam contra Interamnates apud Cōsulem, & decem legatos, quod lacus Velinus a Man. Curio emissus, interciso monte, in Nar defluit.* - *& uisis regionibus applicat angues.*] Lege, ex Vet. libris, *Et cretis regionibus, Otryxq. & Pindus, & Pindo.*] Libri mei, atq. aliquot alii habēt, *Otryxque, Pindusque, & Pindo.* Rectius. *Multa quoq. Apidani.*] Ita falso & hic & in primo libro Regius contendit legendum esse. Quibus in locis foedissime alucinatur. Tu uero lege, ut est in omnibus calamo notatis: *Multa quoque Eridani.* De quo in primo diximus. *Multa quoque Amphrysi:*] Repetitio. -*nec eras immunis Enipeu.*] Scripti omnes libri, *Enipheu* per Ph. Qua de re in primo, & in sexto abunde egimus. -*iuncosaq. litora Boebes.*] Ita arbitratur Regius legi debere; & quidē absurdum non est. Manuscripti uero ad unum habent, *Phoebes.* Quod fortasse etiam retineri posset: siquidem Poetae regionū loca interdum non seruant, sed multa cōfundūt. Atq. in sequenti uersu a Thessalicae locis discedit. Hoc

quoq. modo quispiam suspicari potest fecisse Poetam nostrum. Sed nihil affirmo. Volo enim hoc, atq. alia doctiorum hominum iudicio permittere. Interim mihi postulo et iudiciũ ampliari meũ, & otiũ, quoid praestare possim, concedi. *& Euboica uiuax Anthedone gramen.*] *Viuax gramen*, ab effectu, quod uitam reddat, & conseruet. Haec Regius. Quod fortasse alijs placebit: mihi certe non probatur. Nam, ut agricolae testantur, gramen nisi septies iumentum discesserit, nũquã arescit. Vidi ego gramẽ e terra euulsum, soleq. deinde per bienniũ fere expositum nõ satis aridum fuisse. Sed postea terra contectum optimẽ repullulauit. Quo modo uidetur Poeta noster dixisse *Viuax gramen*. *Tum superinuergens liquidi carchesia uini;*] Emendaui ex antiquis libris meis, alijsq. *Carchesia mellis*. Sed in uno meo non est *Inuergens*, sed *Infundens*. *Alteraq. inuergens tepidi carchesia lactis,*] Ita est in antiquis, & recte id quidem. Dicant, quidquid alii uolunt: sed somniare mihi uidentur. *anima fraudare senili.*] In uno Caelestino, meo, & Dominic. *Fraudare seniles. proferri corpus ad aras Iussit,*] In libro Abbatis, *Produci corpus ad aras*. Terẽtius eodem forte modo in Eunucho dixit: *Illico, producit, uendit. oculos remouete profanos.*] exsecrandos, uel inuidos. *& infectas geminis. infectas.*] tinctas. *Adijcit extremo.*] Liber Dominic. *Addidit extremo. Addidit exceptas*] In uno meo, *Addit & exceptas*: *Addidit exceptas Lunae de nocte pruinas*, *De nocte*: Eam noctis partem, quae quarta uigilia nũcupatur, significat: uel potius unam, aut alteram horam ante diem notat: Tunc enim pruina cadit. Leonardus Malaspina, si hũc uidisset locum, interpretans illud Ciceronis ad Atticum lib. IIX. *Obsignata iam epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi*, nihil aptius, & accommodatius ad ea, quae ibi conatus est probare, poterat inueniri. Qui, ut, quod sentio, libere dicam, non implet meas aures. *Addidit exceptas Lunae de nocte pruinas,*] Totũ hunc uersum a Poeta nostro accepit Lucanus lib. VI. *nouem cornicis saecula passae.*] Sic est in omnibus scriptis libris. Alii pessime legunt, *Foedera passae*. De qua sic alibi:

Viuit & armigerae cornix inuisa Mineruae,
Illa quidem saeclis uix moritura nouem.

Por-

Porphyrio ad illud Horatii lib. III. Od. *Annosa cornix*, sic inquit: *Annosa autem, ait Horatius, quoniam mille annos uiuere affirmatur. -stricto Medea recludit.*] In uno meo, *Reclusit -corpore rugae.*] In Caelest. *Corpore uenae. Colchis amicitiae fallacis imagine cepit.*] In duobus meis Caelestinis, & Dominic. *Colchis amicitiae mendacis.* Vtrumq. recte. A Iuuenale enim dicitur: *quidquid Graecia mendax Audet in historia.* Et a Seneca: *Te duce succidit mendax Dardaniae domus.* A Valerio uero Flacco: *Te Graecia fallax pro sequor.* M. Tullius, de Graecis loquens, ita scribit ep. 1. lib. 1. ad Q. Fratrem: *Sic uero fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. Idq. petunt: pretiumq. iubent sine fine pacisci.*] In uno meo legitur, *Idq. petunt; pretium iuuenis sine fine pacisci.* In altero: *Atque petunt pretium &c.* Ad cuius marginem notatum est: *Atque petunt pretium iuuenes, sine fine rogantq.* Videant alii, quo modo sit legendum. *-qui uestri maximus aeuo est.*] Sic Lucanus in primo.

-quorum maximus aeuo
Aruns incoluit desertae moenia Lunae.

Et Virgil. lib. XI.

Sedet in mediis & maximus aeuo.

Ter iuga Phoebus equis in Ibero flumine mersis Dempserat,] Sic IV. Fast.

Dempserat emeritis iam iuga Phoebus equis.

Deucalioneas undas.] Interpres Statii negat diluuium exstitisse Deucalionis tempestate. Atqui Xenophon multa recenset diluuia, inter quae illud ponit. *Aeoliam Pitanen*] Vetusta exemplaria, *Aeoliam Phitanem* per Ph. Sic Latine, opinor, reddendum est. Atque argumento sit Βόσπορος quod uerbum Latine dicitur *Bosphorus.* Sic etiã Ἐνιπεύς, Latine *Enipheus*, ut superius ex uetustis libris probauimus. Sic quoque τρόπαιον, latine *Trophaeum*: & eodem modo pleraq; alia. In hac sententia est etiã uir summa doctrina, atque omnis antiquitatis intelligentia praestans, Fuluius Vrsinus: & M. Antonius Gadaldinus, litterarum Graecarum uir bene peritus. *Et quas Maera nouo latratu.*] Ineptissime quidam pro *Latratu*, *Lustratu* legunt. *-qua Coae*] Lib. uet. *Caeae.* Ita mox: *Transit & antiquas*

tiquae Carthaei a moenia Caeae. -& spreto toties iratus amore] Libri mei, & Caelest. *Et stricto.* Rectius, & probabilius. *-suprema negauit.*] In quibusdam uet: *Negabat. - uulnera Combe.*] Sic legitur in antiq. *Sed postquam Colchus arsit noua nupta uenenis,*] Videntur quidam hoc loco Regium quodammodo carpere ac uellicare, cum per *nouam nuptam* Creusam Creontis Corinthiorum regis filiam, intellexerit. Sed hi frustra agunt. & recte atque optime Raphael noster. Ouidius alibi:

Quam tibi tunc longe regnum dotale Creusae,
Et soror, & magni nupta Creontis erat. Et:
Cui non defleta est Ephyraeae flamma Creusae?

Propertius:

Colchida sic hospes quondam decepit Iason,
Eiecta est, tenuit namq. Creusa domum.

Seneca in Medea:

Tu nunc uestes tingue Creusae. Et:
-quidquid ex illo tuum est
Creusa peperit.

Verum Euripides in Medea, & Apollodorus eā Glaucen uocant. Nec ob id fallitur Regius: non enim a Poetis est quaerenda ueritas.

Hinc Titaniacis ablata draconibus,]

Varro Marcipore:

Dixe Regi Medeam aduectā per aera in rheda anguibus. Innixamq. nouis] Duo mei, & Caelest. *Adnexamq. Innixamq. alis.*] Virgilius: *Paribusq. nitens Cyllenius alis Cōstitit.* Horatius: *Ceratis ope Daedalea nititur pennis. Et uia decliuis.*] In duobus Vatic. utroque meo & aliis, *Est uia:* Magis placet, ut sit repetitio. *-ingens discrimine paruo Committi potuisse nefas,*] In omnibus libris scriptis, *geniti discrimine paruo &c.* Sed in uno Vatic. *Leti discrimine.* Quod non displicet. *Illuxisse dies*] M. Tullius ad Brutum ep. undeuigesima: *Ego enim, D. Bruto liberato, cum laetissimus ille ciuitati dies illuxisset.* Idem Philippica prima: *Dicerem, Dolabella, qui recte factorum fructus esset, nisi te paullisper esse expertum uideremus, quem potes recordari in uita tibi illuxisse diem laetiorem, quam, cum expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris poena affectis, te domum recepisti:*

Occidit

Occidit ille Scinis &c.] De hoc sic Propertius:

Arboreasq. cruces Scinis, & non hospita Graijs
Saxa, & curuatas in sua fata trabes.

Pro te fortissime uota Publica suscipimus:] In meo antiquiore, *Succipimus*, per duplex cc. Ita Virg. lib. 1. Aeneid. *Succepitq. folijs.* *Nec tamen.*] Sic in eodem meo. In altero & duobus Vatic. *Sed tamen.* Illa uerior uidetur lectio. *uires acquirit,*] Sic Lucanus lib. 11.

Macedonumq. nouas acquirite uires.

Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypaleia regna: Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello.] In duob. meis & in libro Vrsini, posterius carmen desideratur; & superior hoc modo legitur: *Hinc Anaphen sibi iungit, & hinc Stymphaleia bello.* Statuant eruditi, utra lectio retinenda sit. *Florentem Telon, Siphnon, planamq. Seriphon,*] Pleriq. lib. scripti. *Florentemq. Tyron, Cypron &c.* & alii quidam: *Florentemq. Cython, Syron, planamq. Seriphon.* Dixi equidem superius. Poetas caelum ac terras miscere. Ego, quid hic affirmem, non habeo: Vetat enim Hippocrates desperatis adhibere medicinam. *Sithonis accepto, &c.*] In uno meo, *Sithon & accepto, quod auara poposcerat, auro.* Plautus in Curculione: *Alias me poscit pro illa triginta minas, alias talentum magnum.* Idem in Bacchidibus: *Ceterum quam lubet me poscitote aurum. Oenopiam Minos*] Sic omnes uet. *Flacus Aeginam genitricis nomine dixit.*] Ptolemaeus ait, Aeginam adiacere Peloponneso. - *Centum populorum.*] Periphrasis Cretae. De qua alibi:

Non ego te centum Cretae digesta per Vrbes
Adspiciam puero cognita terra Ioui: Et:
- non hoc quae centum sustinet Vrbes,
Quamuis sit mendax Creta, negare solet.

Horatius: *Aut ille centum nobilem Cretam urbibus uentis iturus non suis.* Seneca in Hercule Oeteo: *fleat Alcidem Caerula Crete, & magno tellus clara tonante, centum populi brachia pulsent.* Et Homerus lib. 11. Iliad.

Ἄλλοι θ' οἳ κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

Alijque, qui Cretam centum Vrbium habitabant. Non defuerunt, qui dixerunt, Cretam habuisse Vrbes xc. Vide Strabonem lib. x. *piae Pars sis militiae*] supra dixit: *Arma*

iusta. Androgaeiq. necē iustis ulciscitur armis.-stabuntq. tibi tua foedera magno,]In uno Vatic.& uno meo, *Foedera dano. -& portus intrat amicos.*]In eodē meo, *In portusq.intrat amicos. Et dextra, laeuaq. duos aetate minores Maior habet,*]Liuius lib.XL. *Latera regis duo filij iuuenes cingebāt*. Et mox: *Duo soli tua tegētes latera pater praeuecti sumus.-Athenae.*] De Athenis sic litteris cōsignauit M. Tullius li.1 de Orat. *Atque,ut omittā illas omniū doctrinarū inuentrices Athenas, in quibus sūma dicēdi uis et inuēta est et perfecta.* Idē in Orat. pro L. Flacco de Atheniēsibus loquēs: *Vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae, atq. in omnes terras distributae putantur.* De quibus etiam sic Lutatius: *Primum Athenienses inter bona reliqua legum tabulas inuenerunt: sic ergo huc confugiunt ceu ad leges & humanos ritus.* Et, paucis interpositis uerbis, subdit: *Ouidius de Athenis. & tandem Tritonida conspicit arcem, Ingenijs, opibusq. & festa pace uirentem; Vixque tenet lacrymas.* Haec ille, explanans illud Statij lib. XII.

Ceu leges, hominemq. nouum, ritusq. sacrorum.

Nec dubie uires,] In uno meo legitur, *Nec dubias uires. - uestras Ducite,*] Alij uolunt, *Dicite.* Quae lectio, etsi est in meis, prior tamen probabilior mihi uidetur. Alij uet. habent, ut impressi. *-& hosti.*] In duobus antiquis, *Et hostis. Flebile principium melior fortuna secuta est.*] In uno meo & Vaticano, *Fortuna sequetur. Exitium superabat opem, quae uicta iacebat.*] In duobus Vatic. itemq. meis, & Caelest. *Exitium superabat opes, uictaeq. iacebant.* Quod omnino probabilius mihi uidetur. *Principio caelum spissa caligine terras,*] Incipit optima, & eruditissima Pestis descriptio.

Haec a uiris doctis summe laudatur, sicut illa Homeri, Lucretij, & Virgilij. Pestis autem unde gignatur, rationes satis probabiles reddit Lucretius extremo lib. VI. In uno meo legitur, *Dumq. quater plenum cōpleuit cornibus orbem.* Quod sequens carmen indicat melius esse. *Letiferis calidi spirarunt aestibus Austri.*] In eodem meo legitur non *Aestibus*, sed *Flatibus Austri.* Quod mihi probatur maxime. *-uolucrumque, auiumque, bonumq.*] Emenda, ex uet. omnibus, *Volucrumque, ouiumque, boumq. Concidere infelix ualidos miratur arator Inter opus tauros*] Virgilius lib. III Georg.

Ecce

Ecce autem duro fumans sub uomere, taurus
Concidit : & *Inter opus*. Idem Virg. ibid.
- it tristis arator
Maerentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

- *balatus dantibus aegros*] *Balare* proprie oues dicuntur. Varro Aboriginib. *Bos mugit, ouis balat, equi hinniũt, gallina pipat. Ad praesepe gemit morbo moriturus inerti.*] Duo Vatic. unus meus & Caeleſt. *Leto moriturus inerti*. Perplacet. - *silvis, agrisque, uijsq.*] In uno meo, & iisdem Vatic. *Siluisque, agrisq. - nitiantur odoribus aurae*. Ita uet. libri. Quidam malunt *Herbae*. quos audiendos non puto, cum nullum scriptum librum habeant auctorem. *Mira loquar: non illa canes, auidaeq. uolucres, Non cani tetigere lupi.*]Tale quippiam narrat Liuius lib. XLI. *Cadauera intacta a canibus ac uulturibus tabes absumebat*. *Viscera torrentur primo, flammaeq. latentis*.] Regius legit, *Flammisq. fatiscunt*. Atque ita libri omnes ueteres. Quae lectio quare ab alijs reiecta sit, non sane uideo. Silius enim eam comprobat. cuius haec sunt lib. II.

- num gentibus istis
Mortales animi? aut ferro, flammaq. fatiscunt?

Virgilius quoque eodem utitur uerbo lib. I. Aeneid. *Rimisque fatiscunt. - utq. salutis Spes abijt,*]Emenda, *Atque salutis*. Sic enim legitur in lib. antiquis. - *si prohibent consistere uires,*] Sic est legendum ex o. s. lib. non autem *Consurgere*; ut quidam uolunt, qui opus hoc suis notis potius deprauant, quam corrigunt. - *locus est in crimine solus.*]Melior est lectio uet. librorum; hoc est unius Vatic. utriusque mei, *Locus in crimine notus*. In alio Vatic *In crimine magno, - dum stare ualebant,*]In uno Vatic. *Dum stare putabant*. *Lassaq. uersantes.*] In Dominicano, *Fessaque. Agitataq. ilice glandes*:] Ita aperte est in amb. meis, & Caeleſt. in quibusdam uero, *- Agitataeq. ilice glandes*. Superior est magis probanda; quod et sensus, & ratio postulat: - *dum uerba precantia dixit,*] In uno meo, *Fudit*. - *& fundit purum inter cornua uinum*,] Ex multis locis licet cognoscere, antiquos in sacrificio uinum adhibuisse. - *sanguine cultros*.] Veteres in uictimis mactandis pro

sacri

sacrificio utebantur cultro, ut tum ex ipso Ouidio, tum ex Liuio patet. *Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros*] Virg. lib. III. Georg. *Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri. Pars animam laqueo claudunt*,] De hoc supra: *Corpora missa neci nullis de more feruntur.* In Vatic. *nullo de more feruntur.* Atq. hoc idem Terent. in Andria dixit: *Effertur. Corpora missa neci*] cadauera. *Funeribus.*] Sepulcris. Funus, ut ait Aelius Donatus, a funalibus dictum est: & est funus pompa exsequiarum. *Aeginae amplexus quondam sub Asopidos isse.*] Varie legitur hic uersus. Nam alij legunt: *Isse sub amplexus quondam Asopidos Aeginae.* & ita est in uno Vatic. Alii uero: *Sub quondam amplexus Aeginae Asopidos isse.* Constantius Fanensis hoc modo: *Aeginae amplexus sub quondam Asopidos isse.* Vel: *Sub quondam amplexus Aeginae Asopidos isse.* Regius emendauit, modo ita sit dicendum: *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim.* In libro Dominicano, & uno Maffei est: *Dicta sub amplexus Aeginae Asopidos isse.* Vox *Dicta* coniungi debet, modo recipiatur ea lectio, cum uerbo *falsa*: ut sit sensus. O Iuppiter, si dicta non falsa loquuntur te iuisse sub amplexus Aeginae Asopidos. In uno Vatic. uno meo, Caelest. & altero Maffei, legitur, *Isse sub amplexus quondam Asopidos Aeginae.* In alio Vatic. & altero meo, *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos igne.* Quam lectionem Ouidius ipse uidetur confirmare lib. VI. ubi ita est:

Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis.

- quae das mihi pignoris omen.] Ita duo Vatic. In utroque meo, alio Vatic. & Caelestino, *quae das mihi pignora numen.* Sed in uno meo notata est ad marginem superior lectio. *- pauido mihi membra timore Horruerant,*] Sic omnes lib. s. & recte. Qui pro *Timore, Pudore* legunt, errant. *Pauido mihi membra timore Horruerant, stabantq. comae.*] lib. X. *gelidos nutricis in artus, Ossaque, sensit enim, penetrat tremor, albaq. toto Vertice canicies rigidis stetit hirta capillis.* Virgilius: *Steteruntq. comae, & uox faucibus haesit. -tremiscere motu,*] In uno meo. *Tremescere*, per E in secunda syllaba. *Crescere quod subito.*] In eodem meo, *Crescere dein subito.* In Caelest. *Dehinc subito. In superis opis esse nihil, at in aedibus ingens.*] Hunc uersum temere mutarunt quidam, putantes

Nihil

Nihil ultimam syllabam productam non habere. Mutatio haec erat. Vbi est *At*, reposuerunt *Sed*; contra omnium librorum fidem. Vsus est etiam *Nihil* eodem modo lib. II. de Ponto.

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Et Terentius in Eunucho: *Satis credo. nihil est Thaide hac, frater, tua dignius.* Ita hunc locum legit ex fide ueterũ librorum doctissimus Vir, M. A. Muretus in suis eruditis, frugiferisq. Scholiis, quae in Comicum anno abhinc duodeuigesimo edidit. Vbi etiam illud, quod diximus esse in II de Ponto, carmen citat. - *uenit Telamon properus*] In illo Fuluij Vrsini, *Properans*. In uno meo, *Propere*, aduerbium. - *lucis pars optima mensa Est data*,] In uno Vatic. & eodem meo, & Vrsini, *Lucis pars ultima*. - *fraterque: uiros ad bella legebant.*] In eodem meo, *Ad bella mouebant*. In altero, & duob. Vatic. & Caelest. *Ad bella parabant*. *Adspicit Eioniden.*] Lege, ut uet. habent libri, *Adspicit Aeoliden*. - *lacrymis ita fatur obortis.*] lib. o. scripti. *Lacrimis* per I nostrum, & hic, & ubique. Vide, quae de hac scriptura dixi libro primo. - *si forte magis peruenit aures, Orithyia, tuas.*] Ita infra lib. IX. *Nomine si qua tuo tandem peruenit ad aures, Deianira, tuas*. Et: *Cum fama loquax peruenit aures, Deianira, tuas*. - *magnae soror Orithyiae.*] In Vaticanis, & Dominic. *Raptae soror Orithyiae*. Quod non displicet. Vide extremo lib. VI. *Alter agebatur post sacra ingalia mensis,*] *agebatur*: idest ingrediebatur, incipiebat. Haec est propria eius uerbi uis. Ouid. epist. XVII.

Septima nox agitur, spatium mihi longius anno.

Liuius lib. XLII. *Tertius & uicesimus annus agebat, ex quo petenti Philippo data pax erat*. Terentius in Hecyra: *Tum postquam ad te uenit, mensis hic agitur septimus*. *Palladiasq. in eo non cognoscendus.*] lib. uet. *Palladias* sine *Que*. - *desiderioq: calebat Coniugis erepti.*] Pleriq. ueteres libri habent, *Desiderioq. calebat Coniugis arrepti*. Atque ita Regius. *Cui non ista fide satis experientia sano*] In Vatic. & uno meo, *Cui non ista satis fidei*. - *dare me promitto, loquendo, Muneraq. augendo*] Vnus Vatic. & Caelest. *Dare me pro nocte loquendo*. Alius, & unus meus, *Pro nocte paciscor*. Indicent, qui pollent ingenio, & iudicio, qui sit legendum. *Pa-*

uisci pro nocte, alibi quoque dixit.

Parcite formosae pretium pro nocte pacisci;
Non habet euentus sordida praeda bonos.

Exclamo, mala : pectora detego: fictus adulter.] Ita in uno meo. In altero, & Caeleſt. *Pactus adulter*. In uno Vatic. *Exclamo: mea pectora detego: tectus adulter*. In alio, & in illo Fului Vrſini, *Exclamo: male pacta nego: male pactus adulter*. Qui uerſus optimus eſt omnium. Sed duo libri ex Vaticana Bibliotheca eum habent collocatum poſt illum: *Exclamo mala, pectora detego &c.* In uno Maffei, *Exclamo, male pactus ego, male fictus adulter*. In altero: *Exclamo, male fictor adeſt, male fictus adulter*. Ego non audeo in tanta uarietate meum iudicium interponere. Fortaſſe, ſi huic noſtro licuiſſet, hunc emẽdaſſet uerſum. Nõ eſt profecto ullus ſe dignus. Licet mihi non diſpliceat ille: *Exclamo; male pacta nego: male pactus adulter. - operata Dianae:*] In duob. Vatic. *Operoſa*. *Carmina Naiades*] Ita uet. omnes libri. Iacobus tamen Taurellus legit, *Carmina Laiades*. *Soluunt ingeniis*.] In meo antiquiore eſt, *Soluerat*. Rectius. *- bellua Thebis.*] In quibuſdam uet. *Beſtia*. *-pecoriq. ſibiq.*] Ita in eodem meo; In altero, *Pecoriq. ſuiq.* In aliis aliquot, *Pecorumq. ſuumq.* *Copula detrahitur canibus*,] Hoc uerbo *Copula* utitur quoque hic noſter in eadem ſignificatione lib. v Triſtium:

Vtq. canem pauidae nactum ueſtigia ceruae
Latrantem fruſtra copula dura tenet.

In qua quidem ſignificatione apud alium auctorem Latinum reperiri non puto: Ideſt, pro funiculo illo, quo uenatores in ducendis ad uenationem canibus utuntur. Apud Corn. Nepotem, ita enim cum eruditis uiris uocare placet, in Datame, inuenitur pro quolibet uinculo: cuius haec ſunt: *Ornauit etiam torque, atque armillis aureis, ceteroq. regio cultu: ipſe agreſti, dupliciq. amiculo circumdatus, hirtaq. tunica, gerens in capite galeam uenatoriam, dextra manu clauam, ſiniſtra copulam, qua uinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret*. Rurſum, quam hoc loco *Copulam* dixit, ſequenti libro uocauit *Vincula*.

Vincula pars adimunt canibus.

- quos illa frequentes Effugit,] Lege, auctoritate uet. librorum,

brorum, *Illa sequente. Ipse oculis ereptus erat.*] Sic Ariadna ad Theseum: *Iamq. oculis ereptus eras. - non ocyor illo Hasta,*] Libri scripti omnes, *Ocior*, per I nostrum. Idq. e Romana consuetudine. *-cacumina primis,*] In uno meo, *Cacumina montis. Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.*] In uno meo, duob. Vatic. & uno Caeleft. *Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam.* Quod mihi magis probatur. *- exibat uallibus,*] In meo, & Caeleft. Exalat. *- tu mihi magna uoluptas,*] In eodem meo, *Blanda uoluptas. Dicere sum solitus:*] In eodem, *Dicere sic solitus. Criminis extemplo ficti*] In eodem, *Ex templo facti. Credula res amor est.*] Sic apud ipsum Hypsiphile:

Credula res amor est: utinam temeraria dicar,
Criminibus falsis insimulasse uirum.

Vt mihi narratur,] In uno meo, *Vt sibi. - ueni tamen optima dicens,*] In ambobus meis, *Optima dixit. Hei mihi conclamat.*] In uno meo, *Ei* sine adspiratione, de qua scriptura alibi.

HER.

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. IIX

Obseruationes.



AM nitidum retegente diem,] Ita uet omnes libri: & ita legendum recte admonuit Regius. *Iam nitidum retegente diem, noctisq. fugãte Tempora lucifero.*] Eadem sententia supra: *Lutea manc uidet pulsis Aurora tenebris.* Virgilius lib x.

- & iam reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemq. fugarat.

Seneca initio Octauiae:

Iam uaga caelo sidera fulgens
Aurora fugat: surgit Titan
Radiante comæ, mundoq. diem
Reddit clarum.

cadit Eurus:] Eurum ait Nonius dictum ἀπὸ τῆς ἕω ῥέοντα, quod flatus eius ab Oriente sit hiemali. *dant placidi cursum redeuntibus Austri.*] *cursum:* nauigandi facultatẽ. Cicero lib. v ad Atticum: *Sed cursum exspectabamus.* Ouidius in epist. ad Leandum:

Protinus ut similis detur tibi copia cursus.

Sed, hoc uersu, *Cursus copia*, est natandi facultas. *Austri:* Austrum, ut inquit, quem modo nominaui, Nonius, qui graece νότος, dictum ab humore, & nebula, quod νότις Graece, humor Latina interpretatione dicatur, ac sit is uentus sudoris effector, ut est. Homerus: κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς. *-tenuere portus:*] Sic Liuius lib. XXXVII. *Polyxenidas post solis occasum LXX nauibus tectis, uento aduerso, ante lucem Pygelæ portum tenuit.* Horatius

tius ode XIIII lib. I metaphoricos dixit: *Occupare portum* . . *uocalibus addita muris*] Sic lib. s. o. - *auratam lyram*] Alibi *Inauratam* dixit.

Haec ego cum canerem, subito manifestus Apollo
Mouit inauratae pollice chorda lyrae.

Impositis calamis patulos sinuauerat arcus:] In uno meo, & utroq. Maffeiano, est, *Imposito calamo etc.* Placet. *Sed nisi bella foret, numquā mihi cognitus esset.*] Tale prope alibi dixit:

Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?

Me tamen accepta poterat deponere bellum] In Dominic. *Dimittere bellum*. *Me accepta obside*] Ita Caesar lib. VII. *Progressus in Nitiobriges, & Gabalos ab utrisq. obsides accipit; & magna coacta manu in prouinciam Narbonam uersus eruptionem facere contendit.* M. Tullius lib. IV ad Attic. *Obsidibus acceptis, nulla praeda &c. Me accepta obside* :] Hoc e Romanorum more dictum esse uideri potest: nam regum liberos obsides sibi dari uolebāt. Huius rei hanc caussam scribit Corn. Tacitus lib. XII. *Ideo regum obsides liberos dari, ut, si domestici imperij taedeat, sit regressus ad principem, patresque, quorum moribus assuefactus rex melior adsisceretur.* Quam opinionem probare etiam uidetur Liuius lib. XXXIV. *Inter haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius*. - *& me pacis pignus haberet* :] In duobus meis, & Caelest. *Me pignus pacis haberet* : absq. *Et*. · *pacis pignus* ;] Liuius lib. XL. *Pacis pignus fui*. Loquitur de Demetrio Philippi filio. *Si quae tibi peperit,*] In Vatic. & meis, *Si quae te genuit*. *Quamuis saepe uinci Victoris placidi fecit clementia multis*.] Forte hoc ex Caesaris uictoria dictum esse, suspicari licet. in quā quidem uictoria ille ita moderatum, clementēq. se praebuit, ut a Cicerone, qui tum ei inimicus erat, summis laudibus eo nomine sublatus sit. Qua de re exstat oratio pro M. Marcello; atque apud ipsum Tullium quamplurimi alii loci. *Iusta gerit bella*] superius: *Androgaeiq. necem iustis ulciscitur armis. Et caussaq. ualet,*] In Caelest. & uno Vatic. *In caussaq. ualet*. In uno meo, *Atq. ualet caussa*. In altero uero, & altero Caelest. *In caussamq. ualet.* Vtrauis lectio absq. dubitatione uulgatae praeferri potest. - *qui si manet exitus orbem*] In duobus meis, & Vatic. *Quis enim manet exitus urbem* : Quod mi-

hi magis probatur. *Nam metuo certe,*] In uno meo, *Iam metuo*. In Vatic. *Ha metuo. -aditus custodia seruat:*]In uno Vatic. *Custodia claudit. -ignauis precibus fortuna repugnat.*] Seneca in Medea: *Fortuna fortes metuit, ignauos premit. Fortuna repugnat:*] In eodem Vatic. *Natura. -nec in hoc tamen ignibus ullis.*] In Caeleſt. *Neq. adhoc.* In Vatic. *Neque ad haec. -fatali nata parentem Crine ſuum ſpoliat:*] Hac de re ſic Propertius:

Tuq. o Minoa uenumdata Scylla figura
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem Virgo deſponderat hoſti:
Niſe tuas portas fraude recluſit amor.
At uos innuptae felicius urite taedas,
Pendet Cretaea tacta puella rate.
Non tamen immerito Minos ſedet arbiter Orci,
Victor erat, quamuis aequus in hoſte fuit.

Dij te ſummoueant.] Hoc idem, opinor, aliis uerbis dixit Terentius: *Dij te eradicent*. Et: *At Dij perdant*. M. Tullius lib. IX ad Attic. *Dij auerruncent*. Plautus in Aulularia: *Iuppiter te, Diq. omnes perdant*. Idem in Caſina: *Vt illum Di omnes perdant, Deaeq.* Ad quem locum reſpexit Terentius in Eunucho: *Vt Di illum Deaeq. ſenium perdant. -pontusq. negetur.*] In uno meo, & Vatic. *Caelumq. negetur. Certe ego non patiar Iouis incunabula Creten.*] De Ioue in Creta nutrito ſic ipſe alibi:

Cretes erunt teſtes, nec fingunt omnia Cretes,
Cretes nutrito terra ſuperba Ioue.

Seneca in Hercule Oeteo:

Fleat Alciden
Caerula Crete, magno tellus
Clara Tonante, centum populi
Bracchia pulſant.

De Cretae ſitu ſic Ptolemaeus lib. III. *Creta terminatur ab occaſu mare Hadriatico, a Septemtrione Cretenſi, a Meridie Punico, ab Oriente Carpathio. -iuſtiſſimus auctor*] Sic & alibi:

Sit modus exſilio, dixit, iuſtiſſime Minos.

Alibi *Legiferum* uocat, uidelicet quod primum Cretenſibus leges dederit:

Optauit Minos ſimiles ſibi legifer annos.

De

De Minoe ita scribit Val. Maximus lib. I. cap. II. *Minos Cretensium Rex nono quoq. anno quoddam praealtum ex uetusta religione consecratum specus secedere solebat, & in eo moratus, tamquam a Ioue, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges praerogabat.* De hoc etiam Plutarchus in Theseo. *Iussit & aeratas impleri remige puppes.*] In meo antiquiore legitur, *Impelli remige puppes.* Omnino rectius. *-cuius uictoria nostrum, Et scelus & meritum.*] Victoria natura insolens, & superba est. M. Tullius pro Marcello. *Patris ad ora,*] In uno meo, *Ab ore.* In altero, Vatic. & Dominic. & Caelest. *Ob ora. Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis, Armeniae Tigres: Austroq. agitata Charybdis.*] Nihil his saeuius, atq. inhumanius esse significat. Hoc etiam indicat Ariadne apud Catullum, his uerbis:

Quae Syrtis, quae Scylla uorax, quae uasta Charybdis?

Huiusmodi alia collegi lib. superiore: quae nullo negotio quisq. poterit inuenire. *-inhospita Syrtis:* Sallustius de bello Iugurthino duas Syrtes ponit, maiorem, & minorem; atque ait a tractu nominatas. Quod eas describes docet his uerbis: *Nam, duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terrae praealta sunt: cetera, ut fors tulit, alias alta sunt, alias in tempestate uadosa. Nam, ubi mare magnum esse, & saeuire coepit uentis, limum, arenamq. & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum uentis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominatae.* Ouidius alibi item duas facere uidetur, ac per eas maximum quodq. periculum significat:

Cum Domina Libyas ausim perrumpere Syrtes.

Et Lucanus in primo:

-qualis cum turbidus Auster
Reppulit a Libycis immensum Syrtibus aequor.

De Syrtibus multa Strabo extremo lib. XVII. ubi earum describit pericula. De hoc etiam Dionysius de situ orbis. *Armeniae Tigres:* Alibi quoq. hic noster docet Tigres in Armenia esse:

Haec neque in Armenijs tigres fecere latebris.

Et Propertius lib. I.

Tum magis Armenias cupies accendere tigres.

-nec mater imagine tauri Lusa tua est: generis falsa est ea fabula.]

fabula.] In lib. Dominic. legitur: *Falsa nec imagine tauri Lusa tua est genitrix: falsa est ea fabula.* In uno meo, *Falsi nec imagine tauri*. Cetera ut Dominic. Quae lectio admodum mihi probatur. -*uerum & ferus.*] In altero meo, *Verus, & ferus. Memiseram, properare iubet,*] Omnes libri scripti, *Properare iuuat*. Quod sane retinendum uidetur. -*diuulsaq. remis Vnda sonat,*] In eodem meo, *Diuisaq. remis. Consequitur rates.*] In meo antiquiore, *Ratem*, numero unitatis. quae uerior est lectio. *Et modo factus erat fuluis Haliaetus in alis.*] In eodem meo, *Et modo factus auis Haliaetus in alis*. Sic uet. libri. Alii non recte legunt *Haliaeetus alis. Pluma fuit:*] De Scylla in auem conuersa ita alibi breuiter commemorat, ubi eandem, quam hic retulit, caussam fuisse tradit:

Filia Purpureos Niso furata capillos
Puppe cadens celsa, facta refertur auis.

-*taurorum sanguine centum Soluit,*] In Caelest. Dominic. & uno Maffei, *Taurorum corpora centum Soluit*. Quod dictum est, si ita legatur, per appositionem, ut grammatici uocant. -*centum taurorum:* fortasse est numerus finitus pro infinito. *Matris adulterium.*] Sunt, qui in dubium reuocent, quo nomine appellata fuerit illa, ex qua susceptus est Minotaurus. Alii intelligunt Pasiphaen, alii uero Climenem. Et forte Ouidius ipse cum hoc uarie a criptoribus traditum esse uideret, ambigue alibi dixerit:

Cui pater est Minos, cui mater filia Phoebi.

Atque alibi Pasiphaen, ut quamplurimi alii auctores, uocat:

Pasiphae mater decepto subdita tauro
Enixa est utero crimen, onusq. suo.

Ac, quod hic dixit *Opprobrium*, illic *Crimen*, & rursus alibi:

Daedalus ut clausit conceptum crimine matris
Semibouemq. uirum, semiuirumq. bouem.

-*monstri biformis,*] Minotauri, qui media parte uirum, altera taurum praeseferebat. Qui auet scire, qui hic fuerit, ac quo modo emanauit haec fabula, cognoscet e Seruio in VI Aeneid. exponente illud,

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna.

Destinat

Destinat hunc Minos thalami.] In uno meo legitur *Thalamis Destinat hunc, &c.* De hoc labyrintho, sic Poetarum princeps lib. v.

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum caecis iter, ancipitemq.
Mille uijs habuisse dolum: qua signa sequendi.
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.

Daedalus ingenio] Proditum est litterarum monumentis, Daedalum adeo ingenio praestitisse, ut, quotiescũq. ingeniosum aliquem uirum significare uolumus, Daedalum dicamus. Seneca in Hippolyto: *Quis meas miserias Deus, aut quis iuuare Daedalus flammas queat?* Sed potest hic quoq. accipi pro quolibet, qui alicui opẽ fert. *-ambage uiarum.*] Eodem forte modo Liuius lib. xxxiix. dixit *Amfractus uiarum.* Sic & Cornelius Tacitus lib. xi. *Non secus, ac liquidis Phrygius Maeander in undis, Ludit.* In uno meo & Caelest. *Maeandros.* In altero meo & Vatic. *Maeandrus.* Quouis modo recte. *Non secus, ac liquidis Phrygius Maeander in undis Ludit in ambiguo lapsu,* uel, ut est in uno Vatic. *Fluxu refluitque, fluitque, Occurrensq. sibi uenturas adspicit undas, Et nunc ad fontes, nunc ad mare uersus apertum Incertas exercet aquas.*] Ad huius loci comparationem respexit Seneca in Hercule furente:

Demitq. curas, neue remeandi amplius
Pateat facultas: flexibus multis grauem
Inuoluit amnem. Qualis incerta uagus
Maeander unda ludit, & cedit sibi.
Instataq. dubius, litus an fontem petat.

De quo & ipse alibi hoc modo:

Maeander toties, qui terris errat in ijsdem,
Qui lapsus in se saepe retorquet aquas.

Ianua difficilis filo est inuenta relicto:] Hoc, & superius carmen ex iis, quae subiiciam, facilius intelligitur:

Perfidus Aegides, ducentia fila secutus,
Curua meae fugit tecta sororis ope.
Cum tibi ne uictus tecto morerere recuruo,
Quae regerent passus, pro duce fila dedi. Et:
Nec tibi, quae reditus monstraret fila dedissem,
Fila per adductas saepe recepta manus. Et:

Quae dedit ingrato fila legenda uiro.

Catullus:

Errabunda regens tenui uestigia filo,
Ne labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

-desertae, & multa querenti Amplexusq. & opem Liber tulit. Desertae : Ariadnae, quam a Theseo relictam Bacchus duxit uxorem. Qua de re exstat eulogium illud ipsius:

Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito,
Inq. capistratis tigribus alta sedet.

Non defuerunt, qui dixerint, Ariadnas fuisse duas, alteram, quae Libero nupsit, seniorem; alteram iuniorem, quae Theseo. *-gemmae nitidos uertũtur in ignes.*] De Ariadna in caelum euecta, deq. eius corona in stellas conuersa, ita loquitur Bacchus ipse III. Fastorum:

Tu mihi iura toro mihi iuncta uocabula sumes:
Nam tibi mutatae Libera nomen erit.
Sintq. tuae tecum faciam monumenta coronae:
Vulcanus Veneri, quam dedit, illa tibi.
Dicta facit, gemmasq. nouem transformat in ignes,
Aurea per stellas nunc micat illa nouem.

Vbi est, a quo accepta sit, & quibus constet stellis. Sed de stellis aliter Higinus. *Daedalus interea Cretem, longumq. perosus Exsilium,*] De Daedali exsilio, & uolatu copiose etiam scribit initio lib. II. de Arte. Vnde nos, quoniam nihil aptius, appositiusq. ad huius loci intelligẽtiam reperiri posse arbitramur, multa sumemus, ac loca cum locis, quam diligentissime fieri poterit, conferẽmus. *Terras licet*, inquit, *& undas obstruat, at caelum certe patet: &c.* Illic est:

Possidet, & terras, & possidet aequora Minos,
Nec tellus nostrae, nec patet unda fugae,
Restat iter Caeli, Caelo tentabimus ire:

Sciendum est Minoem primum in sacrificio tus & uinum adhibuisse. Hoc uidetur indicare Tranquillus in Tiberio. Cuius haec sunt cap. LXX. *Minois exemplo, ture quidem, ac uino supplicauit. Naturamq. nouat.*] illic:

Sunt mihi naturae iura nouanda meae.

-iam

-nam ponit in ordine pennas] illic:

Remigium uolucrum disponit in ordine pennas.

Tunc lino medias, & ceris alligat imas.] illic.

Et leue per lini uincula nectis opus:

Imaq. pars ceris adstringitur igne solutis.

-puer Icarus una Stabat, & ignarus sua se tractare pericla Ore renidenti, &c.] illic:

Tractabat ceramq. puer, pennasq. renidens,

Nescius haec humeris arma parata suis.

-postquam manus ultima coepto Imposita est,] illic:

Finitusq. nouae iam labor artis erat.

- Geminas Opifex librauit in alas, Ipse suum corpus, motaq. pependit in aura Instruit, & natum: medioq. ut limine curras, Icare, ait, moneo &c.] illic:

Me pennis sectare datis, ego praeuius ibo:

Sit tibi cura sequi: me duce tutus eris.

Nam, siue aetherias uicino sole per auras

Ibimus, impatiens cera caloris erit.

Siue humiles propiore freto iactabimus alas,

Mobilis aequoreis penna madescet aquis.

Inter utrumque uola,] illic:

Inter utrumq. uola, uentos quoq. nate caueto;

Quaq. ferent aurae, uela secunda dato.

-nec te spectare Bootem, Aut Helicen iubeo, strictumq. Orionis ensem] illic:

Sed tibi non uirgo Tegeaea, Comesq. Bootes,

Ensifer Orion adspiciendus erit.

- Me duce carpe uiam. Pariter praecepta uolandi Tradit, & ignotas humeris accommodat alas &c.] illic:

Dum monet, aptat opus puero, monstratq. moueri,

Erudit infirmas ut sua mater aues.

Inde suis factas humeris accommodat alas,

Perq. nouum timidus corpora librat iter.

Iamq. uolaturus paruo dedit oscula nato:

Nec patriae lacrimas continuere genae.

Hortaturq. sequi.] Subaudi, ita. *Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.*] Illic totum hunc dixit uersum: *Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces.* Hoc uersu ibi quoq. usus erat. *-qui aethera carpere possent,*] illic:

Ingenium mala saepe mouent: quis crederet umquam
Aerias hominem carpere posse uias?

-& iam Iunonia laeua Parte Samos fuerat, Delosq. Parosq. relictae, Dextra Lebynthos erat, secundaq. melle Calymna:] illic paullo copiosius:

Iam Samos a laeua fuerat, Naxosq. relictae,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.
Dextra Lebynthos erat, siluisq. umbrosa Calymna,
Cinctaq. piscosis Astiphaleia uadis.

Cum puer audaci coepit gaudere uolatu, Deseruitq. ducem, & caeli cupidine tactus Altius egit iter.] Quidam uet. libri, *Cupidine captus*. Illic:

Cum puer incautis nimium temerarius annis
Altius egit iter, deseruitq. patrem.

-rapidi uicinia Solis,] In duobus Vatic. *Rapidi ad uicinia Solis*. In uno meo, & Caeleſt. *At uicinia Solis. Ad* pro *At*, & contra, apud antiquos ſcriptitatum eſſe, conſtat. Et plane hoc loco ſenſus illud *At* uidetur requirere. *-rapidi, at uicinia Solis Mollit odoratas pennarum uincula ceras.*] illic:

Vincla labant, & cera Deo propriore liquescit,
Nec tenues uenti bracchia mota tenent.

Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,] Illic eſt totus hic uerſus. *Remigioq. latens non ulla concipit auras:*] In duobus Vatic. & uno meo, *Percipit auras*. Ad huius uerſus ſententiam uidetur reſpondere ille,

Et trepidat, nec, quo sustineatur, habet.

Oraq. caerulea patrum clamantia nomen Excipiuntur aqua:] illic:

Decidit: atq. cadens, pater, o pater auferet inquit:
Clauserunt uirides ora loquentis aquae.

At pater infelix, nec iam pater, Icare dixit, Icare, ubi es? qua te regione requiram? Icare, dicebat, pennas conspexit.] In uno meo, & utroq. Maffei legitur, *Adspexit*, quod magis placet: Nam ita eſt in II de arte, ut uidebis. *-in undis, Deuouitq. suas artes, corpusq. sepulcro Cōdidit, &c.*] Illic eſt:

At pater infelix, non iam pater, Icare, clamat,
Icare, clamat, ubi es? quoue sub axe uolas?
Icare, clamabat, pennas adspexit in undis,

Ossa

Ossa tegit tellus, aequora nomen habent.

-*testata gaudia cantu.* In Caelest. & uno meo, *Gaudia uoce est.* -*brachia nodo Iunxit,* In aliquot uet. *Nodo uinxit;* Vtrumq. placet. -*at illum, Quae fauet ingeniis, excepit Pallas. Fauet ingeniis:* Sic quoque loquitur M. Tullius lib. IV, ut uocant, Familiarium:

Sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, fauet ingeniis.

- *Propter humum uolitat,*] Quam plurimi libri, tum scripti, tum typis excusi, male habent, *Praeter humum.* Illo modo optimi quique manuscripti. *Propter,* hoc loco, ut & apud Terent. & apud Ciceronem, ualet iuxta: & ita interpretatur Nonius illud Sisennae, lib. IV. histor.

Partem cohortium propter mare collocat in litore.

-*iam lamentabile Athenae Pendere desierant Thesea laude tributum.*] Plautus in Epidico:

At tributus quam impetratus est, negant pendi potesse
His quibus tributus maior penditur, pendi potest.

-*iam lamentabile Athenae Pendere desierant Thesea laude tributum.*] Huc pertinet, quod collegit Valerius lib. V cap. III. *Detrahe,* inquit, *Atheniensibus Thesea: nullae, aut non tam clarae Athenae erunt: siquidem ille uicatim dispersos ciues suos in unam Vrbem contraxit, sparsimq. & agresti more uiuenti populo, amplissimae ciuitatis formam, atq. imaginem imposuit. Idem saeua potentissimi regis Minois imperia uix dum aetate pubescente repulit. Oenea namque.*] Lutatius ad illud Statii, *Saeuoque infanda precatur Oenide,* sic de Oeneo litteris consignauit: quod ab ipso Ouidio uidetur accepisse. *Oeneus Parthaonis filius Aetoliae Rex; cuius ciuitas Calydon nobilissimam, & summam potestatem regni turbauit negligentia sacrorum nimia. Siquidem uota pro imperii fructibus celebrans, nomen Dianae contempsit: Propter quod nimia indignatione oppressus, ut uideretur omnes placaturus, si illam adorasset, & aprum magnitudinis summae in regionem eius immisit: qui, uastatis gentibus, Calydonius ab Vrbe appellatus est: Cuius feritate Oeneus fractus, edictum tale proposuit, ut dimidiam regni partem caperet, qui monstrum interemisset. Meleagri uirtus periculum non expauit. Si quidem eius filius undiq. iuuentutem collectam ad illam noui generis expeditionem uocauit: Inter quos Atalanta*

conuenit Iasij filia summa uenatrix, quae in saltibus praedictum aprum sagitta peruium prima percussit. Postea Meleager in se uenientem feram excepit, interemitq. & gratus aduersus puellam futurus, quae inter uiros successu uirtutis enituerat, pellem monstri illius cum capite dedit ad testimonium laudis: sed munus peractum fortitudine inuidia prodidit. Plexippus namque, & Agenor Meleagri auunculi indignati sunt sibi praelatam fuisse Virginem, & eam dono spoliarunt, qua conditione fata sibi maturauere. Id enim indignatus Meleager, consanguinitate caelata matris suae fratrem Plexippum occidit, sibiq. matris affectum abstulit. Althea siquidem dum saeuit ultione Germanorum, titionem, quem habebat occultum, qui, cum Meleager nasceretur in regia, subito traditus fuit a Parcis, ut iuuenis tam diu uiueret, quoad is esset seruatus: mater ignibus mersit, eumq. cum filij fatis extinxit. Quae postquam admissum nefas agnoscit, laqueo uitam finiuit. Vide etiam Apollodorum lib. 1. Bibliothecae. *Et setae densis similis hastilibus horrent,*] In duob. Vatic. utroq. meo, aliisq. omnibus est, *Et setae similes rigidis hastilibus horrent. -nec sese in moenibus urbis Esse putant,*] In uno meo, uno Maffei, & Caelest. *Nec se nisi moenibus, &c.* Si priore modo legatur, erit ὑπερβολὴ *-donec Meleagros,*] Aliquot libri scripti, *Meleager.- & una Manus iuuenum caluere cupidine laudis.*] In duobus Vatic. utroque Maffei, uno meo, & Dominic. *Coiere cupidine laudis.* Quod est satis uenustum, ac lepidum. *Tyndaridae gemini praestantes, caestibus alter, Alter equo.*] De Castore, & Polluce sic etiam Horatius:

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis.

Sic Helena apud Homerum III Iliad.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα,
Αὐτοκασιγνήτω, τώ μία γείνατο μήτηρ.

Et Castorem (uidere non possum) pugnandi peritum, & pugilatu strenuum Pollucem, germanos fratres, quos mihi una genuit mater.

Et Propertius:

Qualis & Eurotae Pollux et Castor arenis,
Hic uictor pugnis, ille futurus equis.

-nemorisq. decus Tegeaea Lycei.] In uno Vatic. *Nemorisq. decus*

decus Atalanta Lycei. In non nullis scriptis libris, quibus usus sum, est super *Tegeaea .i. Atalanta*. Forte lectio Vatic. libri est glossema, quod deinde in uersum irrepsit. At sequens carmen,

Venit Atalanta Schoenei pulcherrima Virgo,]

non legitur in libris quotquot uidi. Quare nō mirum uideri debeat, si alii id obelo notarunt. Ego, ueterum fretus fide, & auctoritate, suppositicium, atq. adulterinum puto. Itaq. omnino expungendum reor. Nam primum ineptum est, nostroq. indignum Poeta: deinde, quod potissimum est, abest, ut dixi, ab antiquis exemplaribus. Quin etiā absq. eo sensus optimus est, optimeq. superius cum sequenti cohaeret. De Atalanta, Iasij filia, multa scitu digna scribit Aelianus libro XIII. de uaria historia. - *in Virgine posses*.] In meis, & Caelestino, *Possis*. quod est magis poeticum. - *spargitq. canes*,] Alibi dixit, *Dissipat*: quo modo in sequenti carmine.

Sicut aper longe siluis latratibus actus,
Fulmineo celeres dissipat ore canes.

- *& obliquo dissipat ictu*.] sic uet. libri. Alij male legunt, *Dispicit ictu*. *Longius it*] *It*, pro iuit, ideo producitur. *Phoebe, ait*, *Ampycides*,] non nulli scripti libri, *Amphycides* per φ. *Sed sine uulnere aper*:] subaudi mansit, uel abijt, aut tale quippiam. - *ferrumq. Diana uolanti*.] In uno meo, & quibusdam alijs, *Ferrum Diana uolanti*. Quod mihi lepidius uidetur. *Ira feri mota est*,] In Caelest, *Ira ferae*. *Emicat ex oculis, spirat quoq. pectore flammas*.] Sic libri scripti omnes. Alij aliter legunt. Atq. hoc forte est, quod superius dixit:

Sanguine, & igne micant oculi.

- *aut plenas milite turres*:] *Milite*, pro, Militibus. *Orithyiae magni*] Quidam alii uulgati, *Orichiae*. In uno meo, & utroq. Maffei, Orthiadae. -*rostro femur hausit aduco*.] In eodem meo, *Haesit adunco*. quod mihi probatur ualde. *Pronus ab arborea*.] Ita ueteres libri. - *celerem Tegeaea sagittam Imposuit neruo*.] hic locus superiorem uersum confirmat, ac declarat, *Nemorisq. decus Tegeaea Lycei*. *Fixa sub aure feri*.] In Caelest. *Ferae*. - *distrinxit arundo*.] In duobus

bus meis, atq. alijs quibusdam, *Destrinxit* per E. -*iactantq. sine ordine tela*.] In omnibus fere antiquis, *Iaciuntq*. Illud probabilius. *Concidit Ancaeus, glomerataq. sanguine multo Viscera lapsa fluunt*.] Sic legitur in ambobus meis, duobus Maffei, uno Vatic. & Caelestino. In Dominic. autem, *Viscera rupta cadunt*. In alio Vatic. *Viscera lapsa trahens*. Quod mihi maximopere arridet, quodq. uerius puto. - *madefacta terra cruore est*.] In uno meo, uno Maffei, & Dominic. *Madefacta est terra cruore*. Quae lectio meliorem efficit sensum. In uno tamen Vatic. altero Maffei, & Caelest. *Madefactaq. sanguine terra est. Pars animae, consiste meae*.] Haec uerba maximum praeseferunt amorem, maximamq. beneuolentiam. Ipse alibi:

A tibi dilecto missam Nasone salutem
Accipe pars animae magna, Seuere, meae.

Horatius:

Et serues animae dimidium meae. Idem:
Ha te meae si partem animae rapit
Maturior uis.

Persius:

Pars tua sit, Cornute, animae.

Statius:

Pars animae uictura meae, cui linquere possim,
O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos.

Sannazarius:

Pars animae, Puderice, meae.

Cui bene librato,] In uno meo, & Caelest. *Quo bene librato*. *Obstitit esculea*.] In eodem Caelest. *Obstitit Herculea*. - *dextrae contingere dextram:*] In eodem, *Coniungere dextram*. Recte utroq. modo. Liuius lib. XXIII. hanc cõprobat: *Dextras*, inquit, *dextrae iungentes, fidem obstrinximus, ut seruatis de mensis essemus*. Alibi Ouidius ipse aliter loquitur: *Commissaq. dextera dextrae*. Et rursus aliter: *Admotaq. dextera dextrae.*

Atq. ita, sume mei spolium Nonacria iuris, Dixit, & in partem ueniat mea gloria tecum. Protinus exsuuias rigidae horrentia setis Terga dat, & magis insignia dentibus ora.] Videtur Ouidius hoc loco imitatus illud Attij Meleagro:

Remanet gloria apud me, exsuuias dignaui Atalantae.

Non

Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,] Liber Domi nic. & quidam alij, *Et tumida feruens*. Quo prope modo locutus est superius: *Vtq. animus tumida feruebat ab ira.* Et inferius: *Saepe suum feruens oculis dabat ira ruborem.* Silius lib.v. illo modo:

Lentulus hic frendens ira.

- *fraternaq. fata timentem,*] In uno meo, *Fratris quoq. fata timentem.* - *calidumq. prioris Caede recalfecit consorti sanguine telum.*] In uno meo, *Caede calefecit*. In altero, *Caede madefecit*. Vtraq. lectio uulgatae illi praeponi potest. - *& auratis mutauit uestibus atras*. In duobus meis, & alijs, *Et auratas mutauit uestibus atris*. Eleganter autem dicitur *Mutare uestem*, hoc est pullam induere uestem: - *flagrantem mater ab igne Eripuit ramum,*] In Vatic. *Eripuit torrem. Tum conata quater flammis imponere ramum,*] Hoc quoq. loco idem liber habet, *Torrem*. Rectius: nam infra dicit: *Funereum torrem medios coniecit in ignes.* - *dabat ira ruborem:*] In uno Vatic. *Furorem*. In alio, *Colorem*. In uno meo, *Rigorem.* -*mors morte pianda est:*] in scelus addendum scelus est, in funera funus. Tale quippiam alibi collegit:

Quid folia arboribus, quid pleno sidera caelo?
In freta collectas alta quid addis aquas? Et:
In flammam flammas, in mare fundis aquas. Et:
His qui contentus non est, in litus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas. Et:
Mittere ad hunc carmen, frondes erat addere siluis.

Hei mihi, quo rapior?] In ambobus meis, & uno Maffeiano, *Ei*, sine aspiratione. Sic quoq. scriptum esse in uetustissimo Terentio Petri Bembi, affirmabat Muretus, & Faernus scriptum reliquit. Ab *Ei* autem, ut, quem modo nominaui, Muretus publico in gymnasio testatus est, Grammaticus quidam, qui nondum editus est, Eiulandi uerbum deduci ait. In quibusdam alijs, *Heu mihi:* quemadmodum saepissime apud Plautum. Sed *Ei* ue riorem locutionem puto. *Et uulgus, proceresq. gemunt.*] Duo Vatic. *Vulgusq. proceresq. gemunt*. Quod libentius sequor. - *Oeneus Puluere canitiem genitor,*] Libri o. s. *Heu heu puluere etc.* quod probabilius uidetur. Atq. *Oeneus*

uideri

uideri poteſt gloſſema. *Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis, Ingeniumq. capax, totumq. Helicona dediſſet,*] Alibi:

Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Claud.Panegyris in Probum,Probinum,& Olibrium:

Non,mihi centenis reſonent ſi uocibus ora,
Multifiduſq. ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam. Homerus lib. II. Iliad.
Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω
Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν, γλῶσσαι δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄρ ῥηκτος χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Hunc ſecutus Hoſtius poeta in lib. II. belli Hiſtrici ait.

- non ſi mihi linguae
Centum, atq. ora ſient totidem, uoceſq. liquatae.

Hinc Virgilius ait:

Non,mihi ſi linguae centum ſint, oraq. centum.

Haec tria poſtrema exempla contulit Macrobius lib. VI. *Multa quoq. hic torrens niuibus de monte ſolutis.* Ita etiam loquitur lib. III. Elegiarum, ubi de alio torrente ſcribit, qui prope muros Patriae labitur; quiq. nunc uulgo *Vella* dicitur; Ouidij uero tempeſtate, ut ipſe ibi ſignificat, nullum habebat nomen. ait enim:

Nunc ruis appoſito niuibus de monte ſolutis,
Et turpi craſſas gurgite uoluis aquas.

Et mox:

Nomen habes nullum niuibus collecte caducis,
Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus.

Quam naturam hodie quoq. retinet. Incipit fluere ab altisſimi montis radicibus, qui Itala lingua ab omnibus *Maiella* nuncupatur. Vbi perpetuo eſt ſatis niuis. Haec ideo dixi, quoniam nemo non ignorat de quo torrente ibi locutus ſit. *- nec laeuibus atria tophis.*] *Laeuibus*, Regius exponit, aſperis, impolitis. Quod mihi non probatur. *- fluctus noſterque, mariſq. Continuam diduxit humum,*] Duo Vatic.& alij libri ſcripti habent, *Deduxit per* E Rectius. Propertius:

Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatu.

Seneca in Octauia:

Deducta

Deducta subito patuit ingenti mihi
Tellus hiatu lata. Sic legitur in ueteri lib. s. Nicolai Sulmonen. Alio modo loquitur Catullus:
Cum grauis exustos aestus hiulcat agros.

-peractum est.] In uno meo, *Paratum est - medio circumdata muro.*] In Vatic. & eodem meo, *Modico - celebres*] frequentatae. *Quo superiniecit*] sic in meo antiquiore. Duo Vatic. *Quod. - furca leuat ille bicorni,*] Vatic. *Inde.* Quod sequor. *Interea medias fallunt sermonibus horas,*] Alibi.
Saepe dies sermone fuit minor, inq. loquendo
Tarda per aestiuos defuit hora dies.

-suspensus ab ansa:] appensus ab anulo. *-in medio torus est &c.*] Post hunc uersum in uno meo, Caelest. Dominic. & sex Vaticanis legitur hic alius:
Concutiuntq. torum de molli fluminis ulua.

In duobus aliis Vatic. & meo antiquiore nō legitur: neque profecto sensus hoc loco postulat. Nec mihi probatur. Sed placuit studiosis significare, quod inuenerim. Vnus tamen Vatic. habet uersum illum, qui in impressis non est, collocatum post hunc ..*Impositus lecto &c.*
Dantq. locum mensis paullum seducta secundis. Hic nux:] Huc faciunt uerba illa de Nuce:
Poma cadunt mensis non interdicta secundis.

-mala canistris] Vatic. *Poma. Interea, quoties &c.*] Duo Vatic. & alii o. s. *Totiens. -dum deflent fata locorum.*] lib. uet. *Dum deflent fata suorum.* Ita porro secundo ab hoc uersu: *Dumq. ea mirantur, dum deflent fata suorum. Concipiunt Baucisq. preces, timidusq Philemon.*] Hic uersus mox repetetur: uerum in lib. Maffeianis non legitur. *Indicium superis &c.*] In uno meo, & uno Vatic. Dominic. & Caelest. *Consilium superis.* Quod melius, & probabilius est. *-egimus annos,*] supra: *& dulces concorditer egimus annos.* Virgil. lib. 1. Aeneid.
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat. Terent. in Hecyra:
Illiq. exopto, ut relliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui sit fortunatior.

Ante gradus sacros] Sic lib. uet. sicq. legendum. *Narrarent*

rarent casus,] In duobus meis & Caeleſt. *Narraſſent; Incola de gemino uicinos corpore truncos.*] In uno Vatic. *Incola de medio &c.* In alio Vatic.& uno meo, *Incola de gemina uicinos arbore truncos. -Calydonius amnis.*] In utroq. meo, *Calydonius heros*. Vtrumque rectum. *-quantum fuit herba ſub omni.*] ſic o. fere uet. libri. Vulgati, *Sub illa. -gemitumq. dedit Dodonia quercus*. Sic duo Vatic. In uno meo,& uno Maffei, *Decidua quercus*. In altero meo, *Mox decida quercus*: Sed in priore meo deſcriptum eſt ſupra, *Dodonia*. In altero Maffei, *De uulnere quercus. -ac longipallorem ducere rami.*] Sic in uno meo. In altero uero,& uno Maffei, *Ac longi ſudore madeſcere rami. Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis,*] In Vatic.& Caeleſt. *Diſcuſſo ſanguine cortex*. Prior lectio magis mihi probatur. *Editus e medio ſonus eſt cum robore talis:*] In uno meo, *Tunc robore talis*. In Dominic. ambobus Maffei, & Caeleſt.

Cum ſonus auditur medio de robore talis.

Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno.

Hunc locũ intelligit Seruius ad illud Virgilii in Gallo, *Iam neq. Hamadryades, rurſus nec carmina nobis Ipſa placent.* Vbi ita ait: *Nymphae, quae cum arboribus naſcuntur & pereunt*, ἀπό τοῦ ἅμα, καὶ τῆς δρυός, *qualis fuit illa, quam Eriſicthon occidit: qui cum arbóres incideret, & uox inde erupit, & ſanguis, ſicut docet Ouidius. Eſt locus extremis Scythiae glacialis in oris, Triſte ſolum; ſterilis; ſine fruge: ſine arbore tellus: Frigus iners illic habitabat.*] Hanc poſtea Scythiae regionem, cum ibi in exſilio ageret, magno ſuo cum incommodo expertus ita deſcripſit:

Orbis in extremi iaceo deſertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum, non dulces educat uuas,
Non ſalices ripa, robora monte uirent.
Neue fretum laudes terra magis, aequora ſemper
Ventorum rabie ſolibus orba tument.
Quocumque adſpicias, campi cultore carentes,
Vaſtaque, quae nemo uindicet, arua iacent.

Et:

Tu neque uer ſentis cinctum florente corona,
Tu neq. meſſorum corpora nuda uides.

Nec tibi pampineas Auctumnus porrigit uuas,
Cuncta sed immodicum tempora frigus habet. Et:
Non hic pampineis amicitur uitibus Vlmus;
Nulla premunt ramos pondere poma suo.
Tristia deformes pariunt absinthia campi:
Terraq. de fructu quam sit amara docet.'
Et Horatius:
Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor aestiua recreatur aura.

-*rigidi cacumine montis.*] Ita uet. & quidem recte. *Caucason appellant.*] Caucason omniū montium altissimum esse, scribit Herodotus lib. VI. & Aristoteles in Meteoris testatur, usq. ad tertiam noctis partem illius uerticem a sole illustrari. -*scabri rubigine dentes.*] In Dominic. Caelest. duobus meis, & uno Maffei, *Scabrae rubigine fauces.* -*genuumq. tumebat Orbis.*] Dominic. *Rigebat.* -*geminis amplectitur ulnis,*] In meo antiquiore est *Alis,* non *Vlnis.* -*assuetaq. uertitur antra.*] Emenda, ex omnib. s. lib. *Assuetā reuertitur antra. Innumerasq. faces cremat.*] In uno meo, & Caelest. *Trabes cremat.* -*plura cupit.*] In eodem meo, utroq. Maffei, Dominic. & Caelest. *Plura petit.* -*qui raptae praemia nobis,*] Sic uet. & recte. -*quamuis modo uisa &c.*] Vet. lib. *Quamuis ea &c.* -*& cultus pisces.*] Hoc quoq. loco uet. o. habent. *Et uultus.*

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. IX

Obseruationes.



ANDEM peruenit ad aures Deiani ra tuas.] Sic & mox: *Cum fama loquax peruenit ad aures*. Et alibi: *Fama loquax uestras iamiam peruenit ad aures.* Virg. Aen. lib. 2. *Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures.* M. Tul. pro Sulla: *Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. -eratq. Cum pede pes iunctus:*] Virgilius lib. x. *Haeret pede pes.* Furius in IV. Annali.

Pressatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir.

Cunarum labor est angues superare mearum.] Alibi:

Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues,
Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras?

Idem:

Paruus erat, manibusq. duos Tirynthius angues
Pressit, & in cunis iam Ioue dignus erat.

Huius rei meminit & Pindarus oda I Nem. & Plautus in Amphitruone, & Diodorus. *-nec ullum De centum numero caput est impune recisum,*] Ita ipse apud Senecam: *Aut centum anguibus Hydram labe pauissem mea. -& summo digitorum uincula collo Inijcit.*] Hoc est, quod superius dixit: *Totoq. ego pectore pronus, & digitos digitis premebam. -meq. alta sternit arena.*] In uno meo, & Caelest. *Meq. alta figit arena. -fusis utrimq. capillis.*] In Vatic. *Fusis per colla capillis. -miserat arcus,*] In meo antiquiore, *Iecerat arcus. -pellex lacrimis laetabitur istis.*] Huc respexit Seneca in Hercule Oeteo: *Pellicis gaudet suae spectare lacrimas.*

-iugulata

-iugulata pollice tesierⁱ] Ita in uno meo. In altero, & in Vatic. *Ingulanda. In cursus animus uarius abit.*] Terentius hoc antea ita expresserat: *Dum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur. Tura dabat primis, & uerba precantia flammis.*] Sic prope lib. vi.

Turaq. dant sanctis, & uerba precantia flammis.

-late diffusa per artus.] In uno meo, *Dispersa*. In Vatic. *Dilapsa. Impleuitq. suis nemorosam uocibus Oeten.*] Ex hac re Seneca inscripsit tragoediam Hercules Oeteus. *Tabe liquefactis, tollens ad sidera palmas Cladibus exclamat, Saturnia pascere nostris: Pascere, & hanc pestem suspecta crudelis ab alto; Corq. ferum satia.*] Hanc eandem sententiam his prope uerbis de Niobe loquens comprehendit:

A quibus ad caelum liuentia brachia tollens,
Pascere crudelis nostro Latona dolore;
Pascere, ait, satiaq. meo tua pectora luctu,
Corq. ferum satia: Et infra de hoc ita:
Sed noua pestis adest, cui nec uirtute resisti,
Nec telis, armisq. potest. pulmonibus errat
Ignis edax imis, perq. omnes pascitur artus.

Mors mihi munus erit.] Sic alibi de se Poeta loquitur, cũ in longa & periculosa nauigatione, magna esset actus tempestate: ait enim in exsilium proficiscens:

Nec letum timeo, genus est miserabile leti:
Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Et Cassandra apud Senecã in Agamemnone: *Mors mihi erit securitas. Busirim domus*] De Busire sic D. Augustinus: *Busiris, regnante Danao Argiuis, Rex uel potius Tyrannus suis dijs hospites immolabat, & ab Hercule interemptus est, cum etiam eum uoluisset occidere.* Ab Hercule Busirim interfectum esse, docet Deianira, ipsum sic alloquens:

Si te uidisset cultu Busiris in isto,
Huic uictor uicto nempe pudendus erat:

-saeuoq. alimenta parentis Antaeo eripuiⁱ] De Herculis, & Acheloi lucta uenuste admodum Lucanus lib. iv. his carminibus:

Ille Cleonaei proiecit terga leonis,
Antaei Libyci perfudit membra liquore
Hospes Olympiacae seruato more palestrae.

Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruere manus, & multo brachia nexu,
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis,
Immotumq. caput fixa cum fronte tenetur,
Miraturq. habuisse parem. nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis;
Exhausitq. uirum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.
Tunc ceruix lassata quati: tunc pectore pectus
Vrgeri: tunc obliqua percussa labare
Crura manu: iam terga uiri cedentia uictor
Alligat, & medium compressis ilibus artat:
Inguinaq. insertis pedibus distendit & omnem
Explicuit per membra uirum. rapit arida tellus
Sudorem: calido complentur sanguine uenae.
Intumuere tori, totosq. indurvit artus,
Herculeosq. nouo laxauit corpore nodos.
Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
Nec sic Inachijs, quamuis rudis esset, in undis
Defectam timuit reparatis anguibus Hydram.
Conflixere pares, telluris uiribus ille,
Ille suis. numquam saeuae sperare nouercae
Plus licuit. uidet exhaustos sudoribus artus,
Ceruicemq. uiri siccam, qua ferret Olympum.
Vtq. iterum fessis iniecit brachia membris,
Non exspectatis Antaeus uiribus hostis,
Sponte cadit, maiorq. accepto robore surgit.
Quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
Erigitur, tellusq. uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactae prodesse parentis
Alcides sensit: standum est tibi, dixit, & ultra
Non credere solo, sterniq. uetabere terra:
Haerebis pressis intra mea pectora membris:
Huc Antaee cades. sic fatus, sustulit alte
Nitentem in terris iuuenem, morientis in artus
Non potuit gnati tellus summittere uires:
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu, terrisq. diu non credidit hostem.

-nec me pastoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit.] De hoc alibi:

Prodigiumq. triplex armenti diues Iberi
Geryones, quamuis in tribus unus erat.
Inq. canes totidem tru nco digestus ab uno
Cerberus implicitis angue minante comis.

Nec me pastoris Iberi forma triplex:] De Geryone, uide, quae scribit Iustinus libro XLIV. *-uestra uirtute relatus Thermodoontiaco caelatus balteus auro:*] Emenda, ex omnibus scriptis libris: *Thermodontiaco*: ut sit dictio sex syllabarum. Secunda enim syllaba Graecis scribitur per ω. Ita excudendum curauit Muretus Propertianum illud: quo modo etiã scriptum est in meo antiquo libro:

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lauatur aquis. Et:
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta.

Pomaq. ab insomni non custodita dracone.] Sic est legendum. *Nec mihi centauri potuere resistere,*] de quo alibi:

Et male confisum pedibus, formaq. bimembri,
Pulsum Thessalicis agmen equestre iugis.

-nec mi Arcadiae uastator aper:] De hoc in octauo, & etiam sic alibi:

Vt Tegeaeus aper cupressifero Erymantho
Incubat, & uasto pondere laedit humum.

-nec profuit Hydrae Crescere per damnum, geminasq. resumere uires.] De hoc alibi:

Quaeq. redundabat fecundo uulnere serpens
Fertilis, & damnis ditior ipsa suis.

Quid, quod Thracis equos humano sanguine pingues, Plenaq. corporibus laceris praesepia uidi?] Alibi:

Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos. Et:
Non tibi Threicijs affixa penatibus ora,
Non hominum pingues caede tacentur equae. Et:
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano uiscere pauit equos.

De Herculis laboribus copiose admodũ scribit Apollodorus lib. II. *Cacus & horrendum Tiberino gurgite monstrum.*] In omnibus antiquis legitur: *His Cacus horrendum*

dum Tiberino litore monstrum. Alibi uero primam huius nominis *Cacus* producit. Quare forte ab alijs illo modo emendatum est. Ego nihil contra s. libros mutandum censeo. *Hac caelum ceruice tuli.*] Alibi:

Cui caelum sarcina parua fuit.

Ad priorem locum uidetur respexisse Seneca in Hercule Oeteo:

Vbi illa, quae mundum tulit,
Stelligera ceruix?

Et ad posteriorem quoque:

Cui totus aether pondus incubuit leue.

-defessa iubendo est Saeua coniux Iouis: ego sum indefessus agendo.] Huc pertinet, quod ait alibi:

Non potuit Iuno uincere, uincit amor.

Sed noua pestis adest.] Totum hoc luculenter recensetur ab ipso apud Senecam, ubi incipit:

Conuerte Titan clare anhelantes equos.

-utq. dolor rabiem collegerat omnem,] Domin. lib. *Collegerat inges.* *-feralia dona dedisti?*] In uno meo, *Furialia dona*. Haec autem, ut hic ait Poeta, Lycae detulit Deianira, superior eius uxor. Quod etiam docet Seneca. Sed eam Hyllus excusat: ait enim huiusmodi facinus Nessum perpetrasse.

Nec fraude matris: Nessus hos struxit dolos.
Ictus sagittis qui tuis uitam expulit.
Cruore tincta est palla semiferi pater.

Ouidius quoq. ipse paullo supra ait, Nessum ea dedisse Deianirae: *& calido uelamina tincta cruore Dat munus raptae*. Vide etiam Sophoclem in Trachinijs. *Tu ne meae necis auctor eris?*] Hunc locũ expressit Seneca in Octauia:

-ego caussa tuae
Miserandae necis, natoq. tuo
Funeris auctor.

-at tu Iouis inclyta proles, Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete, Inq. pyram structis, arcum, pharetramq. capacem, Regnaq. uisuras iterum Troiana sagittas Ferre iubes Poeante satum, quo flamma ministro Subdita: &c.] Qua de re sic Seneca:

Caedatur omnis silua, & Oeteum nemus

Suscipit.

Suscipit. Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem tu genus Poeantium
Hoc triste nobis iuuenis officium appara.
Et: *-laeto uenit ecce uultu*
Quem tulit Poeas, humerisq. tela
Gestat, & notas populis pharetras
Herculis heres. Et:
Arcumq. poscit, accipe haec, inquit, sate
Poeante dona: & munus Alcide cape.
Et:
Bis pulsari Dardana Graio
Moenia ferro, bisq. pharetras
Passa Herculeas.

Haec Senecae loca cum hoc Ouidij nostri iampridem cum ita contulissem, animaduerti Apollodorum lib. 11. & a Poeta nostro, & a ceteris alijs, qui de hac re locuti sunt, dissentire. Sed, ut hoc studiosi plenius intelligant, ea, quae in illo Apollodori loco B. Aegius annotauit, huc afferre non me piget: sunt enim cognitu digna. Aegij uerba sunt, super his Apollodori: *ποίας παριὼν κατὰ ζήτησιν ποιμνίων ὑφῆψε τούτῳ χαὶ τὰ τόξα ἐδωρήσατο ἡρακλῆς. Apollodorus hic Herculis pyram a Poeāte succensam fuisse apertißime dicit, eaq. de caussa illum ab Hercule sagittis donatum fuisse dubio procul affirmat. Hunc locum superioribus diebus cum Gulielmo Sirleto me contulisse memini, ab eoq. quaesisse, quid nam de eo Apollodori loco sentiret. tum ille Apollodorum contra omnium plane sententiam, eam de Poeante historiam recensere dixit, mihique, ut est uir memoriae singularis, unum, alterumq. ex Sophoclis Philoctete locos memoriter recitauit, tū quoq. in mentē mihi reuocauit, ut in 11. Variarum lect. Petrus Victorius Ciceronis μνημονικὸν σφάλμα hic esse scribit, quod a Philoctete Herculis rogum inflammatum fuisse, & ab Hercule sagittas accepisse retulit in 11. Tuscul. quaest. libro, eaq. in re Victorij sententiam Gulielmus noster non satis probare mihi uisus est: ego uero neq. ita multo post reuoluendis rerum scriptoribus totum me tradidi, ut an Cicero memoriolae uitio peccasset tandem reperirem: reuolutis itaq. infra scriptis hisce cum Graecis, tum Latinis auctoribus, eorum omnium calculis Ciceronem recte dixisse, neq. ullo me-*

moriae lapsu deerrare inueni. Quare, mi Fului, si hanc rem paullo, quam ad annotatiũcularum mearum modum spectat, latius enarro, aequo animo feras. nam Cicero noster, cui pluribus nominibus nemo non debet, a calumniola defendendus est omnino. Sed iam a Sophocle, quem ipse testem adducit, incipiamus: is enim pro Cicer. audentissime stare uidetur his in Philoctete senarijs, ubi Neoptolemum alloquitur Philoctetes:

ἔσια τε φωνεῖς, ἔστι τ' ὦ τέκνον θέμις.
ὅς γ' ἡλίου τὸ δ' εἰσορᾶν ἐμοὶ φάος
μόνος δέδωκας, ὃς χθόν' οἰταίαν ἰδεῖν,
ὃς πατέρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῶν ἐμῶν
ἐχθρῶν μ' ἔνερθεν ὄντ', ἀνέστησας πέρα.
θάρσει. παρέσαι ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν,
καὶ δόντι δοῦναι. κἀξεπεύξασθαι βροτῶν
ἀρετῆς ἕκατι τῶν δ' ἐπὶ ψαῦσαι μόνον.
εὐεργετῶν γὰρ αὐτὸς, αὔτ' ἐκτησάμην.

Haec Sophocles, qui manifestissime docet ab Hercule sagittas Philoctetem dono habuisse, quin etiam idem paullo inferius, quod te minime fugit, comprobat.

ἄμεμπτον ὦ γενναῖε. κἀγὼ τοι ποτὲ
τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶν ὅπλων,
ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν. *& cetera ibi.*

Subdam hic Senecae Tragici ex Hercule Oetaco eadem de re pro Cicerone locos: ille enim Philoctetem inducit sic loquentem.

laeto uenit ecce uultu.
Quem tulit Poeas, humerisq. tela
Gestat, & notas Populis pharetras
Herculis heres. Heredem, *ut uides, appellat Herculis, Poeantis filium. & idem eadem ex Tragoedia non longe a superiore loco, inquit:*

Vt pressit Oeten, ac suis oculis rogum
Lustrauit, omnes fregit impositus trabeis,
Arcumq. poscit, accipe haec, inquit, sate
Poeante dona, & munus Alcidaeo cape. Ecquidni, Fului, putas Victorium illum nostrum id negaturum tam clarum testimonium? quo Philoctetem, & ignem rogo subiecisse, & ab Hercule sagittarum munus accepisse, non Poeantem patrem Seneca cum suo Sophocle docet. & mox subijcit:

Nec fallor umquam dexteram hic arcus tuam

Librare telum didicit, & certam dare
Fugam sagittis: ipsum non fallunt iter
Emissa neruo. tu tantum precor
Accommoda ignes, & facem extremam mihi: & reliqua ibi ad hanc rem facientia omitto. Stat etiam Ouidius in transformationibus apertus pro Cic. defensor hoc suo testimonio.

At tu Iouis inclyta proles
Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,
Inq. pyram structis arcum, pharetramq. capacem
Regnaq. uisuras iterum Troiane sagittas
Ferre iubes Poeante satum, quo flamma ministro
Subdita, dumq. auidis comprenditur ignibus agger.

Ad haec Dictys Cretensis, quem cum Idomeneo in bellum Troianum profectum fuisse aiunt, Philoctetem, ubi cum ad Deos rediret Hercules, eius tela dono accepisse memorat: id neq. Lucianum latuit, id neq. Seruius noster ignorasse uidetur, qui in Aeneidis iij. Philoctetes, inquit, Poeantis filius Herculis comes, quem Hercules cum hominem in Oeta deponeret, petijt, ne alicui sui corporis reliquias indicaret, de qua re eum iurare compulit, & ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas, & reliqua ibi. Ecquid? num Siculus Diodorus longe antea id confirmauit? cuius uerba, quod Graeci mihi exemplaris copia non est, Latina sic subscribam. Hercules, ille inquit, desperata salute, ubi in rogum conscendit, rogat, qui cum eo erant, ut ignem submittant. quod cum facere auderet nemo, Philoctetes solus, sagittarum ergo, quas ei Hercules reliquerat, pyram inflammauit: neq. sane Homeri in Iliadis 2. scholiographum, quisquis ille fuerit, id praeterijt. ἐπειδὴ, is inquit, εἵμαρτο χωρὶς τ῀ ἡρακλέους τόξων μὴ ἁλῶναι τὴν ἴλιον. εἶχεδὲ ταῦτα ὁ φιλοκτήτης ἐαθέντα αὐτῷ ὑπὸ ἡρακλέους, καθ᾽ ὃ μηδενὸς θελήσαντος ἄλλου ὑφάψαι ἐν τῇ οἴτῃ τὴν ἡρακλέους πύραν ἐν τῇ τελευτῇ, ὑφῆψεν ὁ φιλοκτήτης. Tela hic Herculis Philoctetem filium, pyram hic Herculis Piloctetem non Poeantem patrem succendisse manifesto refert: memoriolae ne uitio Cic. errauit, cum tot praeclari pro eo testimonia dicant auctores? Huc accedat Philostrati locupletissimi testis ex Imaginibus auctoritas. θεράπων, inquit hic, ἐγένετο τῷ ἡρακλεῖ ὁ φιλοκτήτης ἐκ νηπίου, ὅτε καὶ φορεὶς ἦν οἱ τῶν τόξων. ἃ δὴ ὕστερ μισθῷ ἔλαβεν παρ᾽ αὐ

τοῦ τῆς εἰς τὴν πύραν ὑπηρτίας. *Comitem administrumq. Herculis Philoctetem ait Philostratus, ac mercedis ergo sagittas ab eo accepisse pro subiecta in rogum Herculis flammas. Subnectamus & alterum ex Heroicis clarissimum illud tanti uiri testimonium, cum dicit:* φιλοκτήτης ὁ ποίαντος ἐστράτευσε μὲν ὀψὲ τῶν τρωικῶν, ἄριστα δ᾽ ἀνθρώπων ἐτόξευσεν, ἡρακλέους φασὶ τοῦ ἀλκμήνης μαθὼν αὐτὸ, καὶ κληρονομῆσαι λέγεται τὸ τόξον, ὁπότε ἡρακλῆς ἀπιὼν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, αὐτόν τε παρεσήσατο, καὶ τὸ ἐν τῇ οἴτῃ πῦρ. *intelligit ut hoc quoq. in loco Philoctetem pyram Oetaeam succendisse, & ab Hercule sagittas accepisse cum Cicerone Philostratus scribit, subijciatq.* ἐλθεῖν δὲ φιλοκτήτην ἐς τροίαν οὔτε νοσοῦντα, οὔτε νενοσηκότι ὅμοιον, ἀλλὰ πολιὸν μὲν ὑφ᾽ ἡλικίας, ἑξήκοντα γάρ που ἐτῶν γεγονέναι, σφριγῶντα δὲ παρὰ πολλοὺς τῶν νέων, βλέπειν τε δεινότατα ἀνθρώπων, καὶ φθέγγεσθαι βραχυλογώτατα, καὶ ὀλίγοις τῶν βουλευμάτων ξυντίθεσθαι. *Senem ac robusto iam corpore, ac uiribus constantem ait Philostratus uenisse Philoctetem ad bellum Troianum. Demum, si placet, Cointum illum Smyrnaeum cognomento Homericum hunc tamquam Colophonem addamus: is.n. suprascriptorum auctorum sententiae mirifice fauens, subscribit* ἐν τοῖς μεθ᾽ ὅμηρον *lib. x. ubi Herculem arma sua a Vulcano fabricata Philoctetae Poeantis filio dono dedisse, narrat, eumq. illius amicum, ac contubernalem fuisse, refert, cum ait:*

καὶ τὰ μὲν ἀρτεύξαντο κλυταὶ χέρες ἡφαίστοιο
ὀβρίμῳ, ἡρακλῆϊ, ὁ δ᾽ ὤπασε παῖδα φορῆναι
ποίαντος, μάλα γὰρ ὁμορρόφιος οἱ φίλος ἦεν,
αὐτὰρ ὁ κυδιόων ἐν τεύχεσι, δάμνατο λαούς.

Quos uersus sic uertit Quintinius Spineus, ciuis meus, iuuenis quidem eruditus, & ingeniosus:

Quae quondam inuictus doctam fabrefacta per artem
Alcides Vulcane tuam gestauerat arma,
Oetaeo ad superos iam iam rediturus ab igne,
Illa Philoctetae claro donauit alumno.
Hisce sed exsultans telis Poeantia proles,
Nunc hos, nunc illos hostes demittit ad orcum.

Sensit Atlas pondus,] Hunc locum imitatus est Seneca in Hercule Oeteo:

Lassus

Lassus an pondus titubauit Atlas? Et ibidem:
Numquid impositum sibi
Non poterit Atlas ferre cum caelo Herculem?

- cum matura uocabis] In uno meo, *Paritura - ad nexos partus*] In vno Vatic. & eodem meo. *Ad nexusq. pares. Verba queror*] Nonnulli lib. s. *Verba loquor. Addiderat nomen*] Sic legendum ex opt lib. scriptis. *- factum miserabile.*] In Caeleſt. & uno meo, *Factum mirabile. - nam iam discordia Thebae*]Thebae conditae ſunt ante cataclyſmum, hoc eſt diluuium. Auctor M. Varro. Quarum murus hoc modo exſtructus eſt, Seneca dicente:

Poteris has, Amphione,
Quassare moles? nulla quas struxit manus
Stridente tardum machina ducens onus:
Sed conuocatus uocis & citharae sono
Per se ipse turres uenit in summas lapis.

- fient pares in uulnera fratres] Ita in uno meo, & duobus Vatic. Quare nihil puto mutandum *- erit facto pius, & sceleratus eodem.*] Sic lib. iij. *Facto pius, & sceleratus eodem - hauserit ensis.*] Sic Virgilius lib. 11. Aeneid.

Iam flammae tulerint, inimicus & hauserit ensis.

- natis infantibus annos Addat, ne ue necem sinat esse ultoris inultam] Ita in uno meo. In altero, & uno Vatic. *Neue necem sinat esse sui uictoris inultam*. In alio Vatic. *Neue necem sinat esse diu ultoris inultam.* Prior lectio magis mihi probatur. *Haec ubi faticano.*] In vno meo, *Haec ubi uaticans. Ore Themis uano superi sermone fremebant.*] O. L. calamo notati: *Ore Themis uario.* Rectius. Virgilius lib. x. *Talibus orabat Iuno: cunctiq. fremebant*
Caelicolae assensu uario.

Iasiona Ceres:] Diuine hunc locum emendauit Raphael Regius. Quo nomine Ouid. amatores ei debẽt plurimũ. Iaſii, ſiue Iaſionis, meminit Heſiodus in Theogonia, non longe a fine, cuius haec ſunt:

Δημήτηρ μὲν πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωϊ μιγεῖσ᾽ ἐρατῇ φιλότητι.

Et Ouidius ipſe iib. 11. Triſt. his verbis:

In Venerem Anchises, in Lunam Iasius heros,
In Cererem Iasius, qui referatur, erit.

Deus

Deus omnis habet] Hoc loco gen. feminini: & apud Virg. lib. 11. Aeneid. loquens de Venere: *ducente Deo*. *Vos etiam quoque hoc animo meliore feratis*,] Terentius in Eunucho: *Ne istuc tam iniquo patiare animo*. Idē in Phor. *Quod fors feret, feremus aequo animo*. M. Tullius lib. v. Fam. *Quod ego siue aequo animo fero, siue iniquo: tu de H-S centum millibus aequo animo ferre debes, &c.* Idem lib. 11. Tuscul. *Quod ij ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisq. sententijs &c. -qui propter amara senectae Pondera despicitur*,] Optime legitur hic locus in uno meo: *Qui propter dura senectae*. Quo modo monstra omnia tolluntur. *Et mihi, quae male sum, &c.*] Duo Vatic. *Hei mihi*. Libri mei, & unus Maffeianus habent, *Ei mihi*. Quae uera est lectio. Ab *Ei* sine aspiratione, stulti fecerunt, *Et* coniunctionem. De qua orthographia superius etiam quippiam dixi. *Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit*,] In Vatic. & uno meo, *Sanguine iunxit*, -*exempla paraui?*] collegi -*non reiectura*.] In uno Vatic. utroque meo, & Dominic. *Non neglectura*. *Dextra tenet ferrum, uacuam tenet altera ceram*.] Alibi: *Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum. ceram.*: Tabellam ceratam. Plautus in Asinaria: *Ne ulla sit cera, ubi facere possit litteras. Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem*.] Alibi.

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
Mittit Amazonio Cressa puella viro.

-*pudet ah, pudet*.] Hoc quoque loco & semper libri uet. ut alias dixi, habent, *Pudet ha pudet*. *Tu seruare potes, tu perdere solus amantem*.] Hac locutione usus est etiam in laudatissimo illo opere Medeae Tragoediae, cuius hoc carmen citat Quinctilianus:

Seruare potui, perdere an possim rogas?

Et paullum blandita. Lib. s. o. *Et pauidum*. *Et pauet obsessum glaciali frigore corpus*.] Rectius omnino legitur in uno meo, *Frigore pectus*. *Mens tamen ut redijt, pariter rediere furores*.] Alibi: *Vtq. animus redijt, pariter rediere dolores*. *Nunc feror in scopulos*] Emenda, ex duobus meis, & alijs antiquis fidelioribus, *Auferor in scopulos*. -*subuersaq. toto*] Lege ex fide meorū exemplarium, *Summersaq. toto.-multus uidisset amantis*.] In Caelest. & meis, *multū*

numero

numero sing. *-neque enim de Tigride natus,*] In vet. libris, *Neque enim est de Tigride natus. -qui plurimus urget, & urit Pectora nostra,*] In vno meo, & Caelest. *Vrit, & ussit.* In Vatic. *Vrget, & ussit.* Lectio, quae est in meo, & Caelestino, ualde mihi probatur: quam probabit etiam, qui cumque pollet iudicio. *Dum pigeat tentasse,*] Lib. s. *Cum. Tum uero maestam tota Miletida mente Defecisse ferunt:*] Alibi hanc eandem sententiam uidetur sic expresßisse.

-tenebrisq. exsanguis obortis
Succiduo dicor procubuisse genu. Et rursus:
Illa dolore amens tenebris narratur obortis
Semianimis media procubuisse domo.

- Inconcessamq. fatetur Spem Veneris, siquidem patriã &c.] Antiqui omnes libri, *Sine qua patriam &c. Quoq. chimaera iugo, medijs in partibus ignem etc.*] Lege ex duobus Vatic. uno meo, & Caelest. *Medijs in partibus hircum.* Lucretius eleganter vno versu:

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimaera.

De Chimaera Ouidius ipse sic alibi:

Esse canes utero sub Virginis, esse Chimaeram,
A truce quae flammis separat angue Leam.

Vertitur in fontem,] Alibi ait eam laqueo vitam finisse:

Byblida quid referam? uetito quae fratris amore
Arsit, & in laqueo fortiter ulta nefas.

Iphide mutato] Caelest. unus meus, & unus Vatic. *Mutata. Et uires fortuna negat.*] In uno meo, *Natura.*
Certa sua est Lygdo sententia.] Sic Virg. lib. x.
certa est sententia Turno.

Tollere quidquid erit.] Sic Terentius in Andria: *Quidquid peperisset, decreuerunt tollere.* Sic etiam uetus Poeta apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione:

Quia mater grauida parere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater
Rex ipse Priamus, somnio mentis metu
Perculsus, curis sumptis suspirantibus
Exsacrificabat hostijs balantibus.
Tum coniectorem postulat pacem petens,
Vt se edoceret obsecrans Apollinem,
Quo se se uertant tantae sortes somnium.

Ibi ex oraclo uoce diuina edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Post illa natus tempora, hunc si tolleret,
Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo.

Nec uaccam uaccae, nec equas amor urit equarum. Vrit oues aries: sequitur sua femina ceruum.] Alibi:

Non equa munus equum, non taurum uacca poposcit,
Non aries placidam munere captat ouem.

Quod uolo, uult genitor, uult ipsa, socerq. futurus.] In duobus Vatic. & Caeleſt. *Quodq. uolo, uult genitor, socer & uult ipse futurus.* In uno meo & alio Vatic. *Quodq. ego, uult genitor, socer & uult ipse futurus:* In altero meo: *Quod uolo, uult genitor, socer & uult ipse futurus*. Hic postremus magis mihi placet. Volo tamen, quo modo legendum ſit, aliorum ut ſit iudicium. *comitesq. facesq. Sistrorum, memoriq. animo tua iussa notaui.*] Vnus Vatic. habet *Comitesq. tuorum Sistrorũ &c.* In uno meo legitur, *Comitantiaq. aera sistrorum. quod non ego punior ipsa,*] In Caeleſt. *Quod nunc &c.* In uno meo, *Quod non ego ponor in ignem. Auxilioq. iuua*] Plautus in Rudente: *aut aliquo auxilio ut adiuuet.* Virgilius lib. x. *Neque illos iuueris auxilio. sequitur comes Iphis euntem.*] In meo antiquiore, uno Vatic. & Caeleſt. eſt, *Sequitur puer &c. Vota puer soluit.*] Nonnulli uet. lib. *Dona puer soluit. Postera lux radijs totum patefecerat orbem,*] In omnibus lib. ſcriptis, *Latum*, non *Totum*, legitur.

ER-

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. X

Obseruationes.



ETHERA *digreditur*] Libri o. s. Aera. Rectius. *Ciconumq. Hymenaeus ad oras Tēdit*] Hymenaeus puer Atheniensis fuit. is, cum annos pueriles aetatis excederet, neque adhuc uirum posset implere, ea pulchritudine fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. Hunc cum una ex ciuibus suis uirgo nobilis adamasset, ipse, mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat, tamen puellam extrema amoris linea diligens satis, animo solo satiabat adspectu: cumq. nobiles feminae cum Virginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent: subito aduentu piratarum raptae sunt: inter quas etiam erat Hymenaeus, qui illo & amatam fuerat subsecutus: cui puella creditur. Cum igitur per longinqua maria praedam piratae uexissent, ad quandam regionē tandem deuoluti perueniunt. Ibiq. somno oppressi ab insequentibus sunt interempti. Hymenaeus relictis ibi Virginibus reuersus Athenas, pactus est a ciuibus dilectae nuptias, si eis filias suas restituisset, quas ubi pro uoto restituit, exoptatam accepit uxorem. Quod coniugium, quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen nuptijs Hymenaei miscere. Haec Lutatius in Statium. *In quem decidimus &c.*] In uno Vatic. *Corruimus*. In alijs antiquis, *Recidimus*. Ita infra: *Recidit in solidam longo post tempore terram Pondus*. Quo loco uulgati libri habent, *Decidit*. Doctissimi uiri, Lambinus, & Gifanius,

nius, ex uet. lib. illud Lucretij sub principium lib.v. ita legunt. - *& in res Recidere assidue, quoniam fluere omnia constat*. Quare nihil hoc loco mutandum puto. -*sedem properamus ad unam,*] Alij, contra omnes libros, inepte legunt: *Sedem properamus ad imam*. Superiorem lectionē confirmat siue Ouidius, siue Albinouamus, ad Liuiam:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges Mors uocat atra suas.

Nec carpsere iecur uolucres:] *Volucres* generatim dicit. sic & Lucretius. Homerus autem, quem Apollodorus in primo sequitur, *Vultures* uocat. Vide, quae annotaui lib.IV. -*& prendere captans,*] In nonnullis uet. lib. *Ceptans*. In eodem meo, *Certans*. Quod probo. *Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus, Quam tria qui timidus &c*] Hoc, nisi ea, quae doctissimus Parrhasius in praefationem lib.2. Claud. de raptu Proserpinae scribit, huc afferantur, intelligi satis non potest. Ego uero, quoniam nihil aliud, quam studiosorum utilitati, quantum in me fuit, consului semper, a meo instituto non alienum esse censui, si ea, quae dixi, Parrhasij uerba recitarem. Cuius haec sunt: *Condonetur & haec appendix Ouidio, cuius carmini, tenebris (ut aiunt) Cimmerijs obuoluto, lucem dare tentauimus. Scribūt ex Graecis nonnulli, fuisse quendam adeo meticulosum, ut ad Herculis nomen expauidus perhorresceret, ut qui se satis tutum uix crederet etiam, cum profundissimam specum subijsset: unde prolato interdum capite, cum Herculem forte conspicatus esset, obduruit in saxum, quod παρασκὺ πτοντα Vetustas appellauit. Atq. in prouerbium formidinis, et quidem nimiae concessit, ut in Suidae monumentis legimus, & apud Zenobium. Nam, quod hoc Ouidius designat, satis indicat uerbū Timidus, ex adagio loco nominis positū, quod apud Graecos etiam non exstabat. Id autem sic in orationis ordinem uenit. Non aliter stupuit Orpheus, quam timidus, qui uidit &c. Nec illud te moueat, a Suida Zenobioq. mentionem Cerberi praetermissam, quam facit Ouidius. Nam potuit Ouidius apud alios au ctores hoc legere, uel ipse comminisci, ut historiae colorem daret. Nam portentosum mendacium uidebatur hominem hominis adspectu obriguisse. Ideo Graecam fabellam Romana grauitate temperauit.* Haec ille. - *saxo per corpus oborto.*] Alibi,

Quaeq.

Quaeq. superba parens saxo per corpus oborto. iunctissima quondam Corpora,] Liber meus, & unus Vatic. *Pectora.* *-septem ille diebus Squalidus in ripa Cereris sine munere sedit.*] Aliter loquitur C. Iulius Caesar lib. VI. de bel. Gal. *Publius,* inquit, *Sextius diem iam quinctum cibo caruerat. Sine munere Cereris*] Eodem modo dixit *Cerealia dona* Lib. VI. Fast.

Esse Ceres uisa est; iaciunt Cerealia dona,
Iacta super galeas, scutaq. longa sonant.

Sic & Silius lib. VII.

-tum lacte, fauisq.
Distinxit dulces epulas, nulloq. cruore
Polluta castus mensa, cerealia dona
Attulit. Et Ausonius:
Diues eget gemmis, cereali munere pauper.

Ille etiam Thracum populis &c.] Alii hoc ad Thamyrin referunt. *-collemq. super*] Anastrophe. *-non Chaonis absuit arbor, Non nemus Heliadum, non frondibus esculus altis, Nec tiliae molles, nec fagus &c.*] Ad hunc locum forte respexerũt & Statius, & Seneca. Quorum carmina, ut hoc dignoscatur, hic ponere non me piget. Statii haec sunt lib. VI.

cadit ardua fagus,
Chaoniumq. nemus, brumaq. illaesa cupressus.
Procumbunt piceae flammis alimenta supremis,
Ornique, iliceaeq. trabes, metuendaq. succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atq. situ non expugnabile robur:
Hinc audax abies, & adoro uulnere Pinus
Scinditur: acclinant intonsa cacumina terrae
Alnus amica fretis, nec inhospita uitibus ulmus.

Senecae autem haec sunt in Oedipo:

Est procul ab Vrbe lucus ilicibus niger
Dircea circa uallis irriguae loca.
Cupressus altis exerens siluis caput
Virente semper alligat trunco nemus.
Curuosq. tendit quercus, & putres situ
Annosa ramos. huius iam fessa cadens
Radice fulta pendet aliena trabe.
Amatae bacis laurus, & Tiliae leues,

Et Paphia Mrtus: & per immensum mare
Motura ramos Alnus: & Phoebo obuia
Enode Zephyris Pinus opponens latus.

-*& aquatica Lotos.*] sic alibi:

Quem supra ramos extendit aquatica Lotos.

-*siquidem Cybeleius Atys,*] Lege ex fide uet. librorum, *Attis.* -*gemmata monilia*] In uno meo, & Caelest. *Demissa monilia.* In altero meo, nec *Demissa,* nec *Gemmata*, sed *Diffusa* legitur. -*naturalią. pauore*] In uno meo, *Timore.* -*fulmina campis.*] sic lib. o. s. sicq. legendum. -*nisi quae posset sua fulmina ferre.*] In duobus Vatic. utroq. meo, & Caelest. *Nisi quae portat sua fulmina terrae.* Verum in uno meo, legitur, *Portet,* non, *Portat.* -*& orbe In medio positi caruerunt, praesìde Delphi.*] lib. xv. *mediamq. tenentis Orbis humum Delphos adeunt oracula Phoebi.* Lutatius, exponens illud Statii lib. 1. Thebaid. *Audiit & medius caeli Parnasius,* scribit hoc modo: *Bene Medius, quia umbilicus terrae dicitur. Nam, cum Iuppiter medium mundi locum uellet agnoscere, ab ortu & occasu duas aquilas dimisisse fertur, quae uolatu lassae in Parnassi uertice quieuerunt: uel quod Cataclismi tempore terrae fuerat discrimen & astris. ut Lucanus.* Haec ille. -*fuluis hacrentia uirgis:*] Sic legitur in uno meo: In altero erat, *Linguis,* sed erasum est, & alia manu repositum est, *Virgis.* Quod etiam accidit in uno Maffeiano. In uno Vatic. & altero Maff. & Caelest. *Linguis.* -*& hya Flos habet inscriptum,*] In duobus meis, atq. uno Vatic. *Et ya.* In alio Vatic. & Caelest. *Et αι αι.* Quod Theocritus ecloga tertia, & Sophocles in Aiace comprobant. -*funestaq. littera ducta est.*] Ad id uidetur alludere, quod scribit idem Sophocles ibidem:

Αἶ, αἶ. τὶς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ,
Καὶ τρίς.

Liliaq. pictasq. pilas] Ita emendaui e uet. libris. -*& blandis indutae cornibus aurum Conciderant ictae &c.*] Sic legitur in lib. scriptis. qui aliter legunt, errant. -*& dubio gaudet,*] In uno meo, & Dominic. *Et modico gaudet.* In Caelest. *Modice.* Vatic. *Medio gaudet.* Ego *Modico* magis probo.

probo. *-costumq. suam,*] In duob. Vatic. meis, & Caelest. *Constumq. suum*. Vtrumq. rectum. *-floresq. alios*] Ita uet. & recte. Alii perperam, *Floresq. suos*, *-dum non sit in omnibus unus.*] Vet. lib. *Dum ne sit &c. Tu ne soror nati*] In Caelest. & meo antiquiore, *Gnati*, more antiquorum. *Nec metues atro*] In duobus Vatic. & duob. meis aperte legitur: *Nec metuens sacro. -neue parentis &c.*] In ambobus meis, & aliis nonnullis, *Neue potentis. Virginei Cinyras haec credens esse timoris,*] In uno meo, *Credens haec esse timoris*. Qui numerus uidetur melior, & suauior. *-tum deniq. flere uacauit.*] Pessime legitur hoc modo in uulgatis quibusdam. In uet. omnib. optime est, *Flere uetauit*. Quod ad nutricem est referendum. *Tempus erat, quo cuncta silent.*] Conticinii descriptio. Alibi:

Iamq. quiescebant uoces hominumque, canumque,
Lunaq. nocturnos alta regebat equos.

-interq. Triones Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.] Lib. I. Trist. eleg. III.

Iamq. morae spatium nox praecipitata negabat,
Versaq. ab axe suo Parrhasis Arctos erat.

Lucanus lib. II.

Parrhasis obliquos Helice cum uerteret axes.

Seneca in Troade:

Partes fere nox alma transierat duas,
Clarumq. septem uerterant stellae iugum.

Idem in Agamemnone:

-lucida uersat
Plaustra Bootes.

Et festiuissimus Poetarum Anacreon oda tertia:

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου.
Nuper silente nocte,
Cum iam rotatur Vrsa
Circa manum Bootae:

-& tenebrae minuunt, noxq. atra pudorem:] Alibi:

Nox, & amor, uinumq. nihil memorabile suadent:
Illa pudore uacat, Liber, amorq. metu.

Liuius lib. XXXIX. *Cum uinum animos, & nox, & misti fe-*

minis mares aetatis tenerae maioribus, discrimen omne pudoris exstinxissent. Terentius in Adelphis: *Persuasit nox, amor, uinum*. Plautus in Bacchide: *Istoc illecebrosius fieri nihil potest: nox, mulier, uinũ homini adolescentulo?* Hos locos collegerat iuuenis eloquens admodũ, atq. eruditus, amicus meus Iulius Iacobonius Interamnas in elegantissimo Cõmentario, in quo, & quae ex alijs Terentius, & quae alij ex Terentio imitati, omnia notat. Is autem Cõmentarius summo eruditorum beneficio propediem in lucem edetur. *Ter pedis offensi signo est reuocata.*] Ita prope alibi:

Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Offendere pedem in limine, antiquitas ita sinistrum omen putabat, ut bene contingere id, quod uolebat, non posse sibi persuaderet. Itaq. signo pedis offensi Poeta, qui in exsilium eiectus erat, augurans, conqueritur se ab eo numquam reuocatum iri. *-deuotaq. pectora iunxit.*] In nonnullis lib. scriptis, *Corpora iunxit*. *Vota suos habuere Deos.*] Ita prope in fabula Pyrami: *Vota tamen habuere Deos*. *Porrigitur radix.*] propagatur. *Est honor & lacrimis: stillataq. cortice Myrrha Nomen herile tenet.*] De Myrrha sic ipse alibi:

Myrrha patrem, sed non ut filia debet, amauit:
Et nunc obducto cortice pressa latet.
Illius lacrimis, quas arbore fundit odora,
Vnguimur, & dominae nomina gutta tenet.

Arbor agit rimas, & scisso cortice uiuum Reddit onus.] Superius dixi, tum ex ueteribus libris, tum auctoritate uersus, qui est in elegia de Nuce,

At cum maturas fisso noua cortice rimas.
Nux agit.

legendum esse, *Et fisso cortice. Hunc tenet*] Amplectitur ueluti amans, De Veneris erga Adonidem amore, deq. eius interitu, exstat Theoriti Idyllium: sed non desunt, qui alijs id adscribant. Cuius principium est; Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη, & reliqua. *-per siluas, dumos, & saxa uagatur*] In lib. scriptis, *Per siluas, dumosaq. saxa*. *Forsitan audieras aliquam certamine &c.*] Sic lib. xv. *Fando aliquem Hippolytum &c.* Regius hoc lo

co

co ita scribit: *Aliquam: quandam in soluta diceremus oratione.* Quod, opinor, dixit, duce Valla lib. III. cap. LXIII. Sed eum doctissimus Budaeus merito reprehendit. Ostendens, Ciceronem in orat. de prouincijs consul. *Aliquos* dixisse. idest quosdam, Idq. elegantissime dictum esse docet.

Audentes Deus ipse iuuat.] Alibi: *Audaces Forsq. Venusq. iuuat.* Terentius in Phormione: *Fortes Fortuna adiuuat.* Ennius, citat Macrobius: *Fortibus est fortuna uiris data.* Virgilius: *Audentes fortuna iuuat.* Claudianus:

Fors iuuat audentes, prisci sententia uatis.

- indigenae Damasenum:] Ita meus uetustior & Masseiani. *-medio nitet arbor in aruo,*] In uno meo, *Medio uiret.* Quod ualde probo. *Schoenia dictis*] Libri scripti, & hic, & supra, habent, *Coeneia.* Vt facile appareat, hanc alteram esse ab illa, cuius facta est mentio in octauo. *- liquidum iuueniliter aurum.*] Quidam e uet. lib. *Nitidum. Illic concubitus, intempestiua cupido Occupat Hippomenen, & a numine concita nostro.*] In utroq. meo, & alijs fidelioribus, *A numine concita nostro.* Quo modo sine ulla dubitatione legendum est. *-& albas Flexit aues illuc.*] In uno meo *Misit, -inq. suo iactantem sanguine corpus.*] In eodem meo, *Inq. suo uersantem. -fuluo perlucida caelo.*] Ita lib. 5. Alij inepte legunt, *Pluuio. -& nimia leuitate caducum*] In uno meo est, *Grauitate*, non, *Leuitate. -qui perflant omnia uenti,*] o. l. scripti, *Qui praeflant omnia uenti.*

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. XI

Obseruationes.



T SAXA *sequentia*] Non placet exponere hoc loco, *ducit*, delectat, sed in propria eius uerbi significatione, uel trahit: quemadmodum hac ipsa de re alibi loquitur.

Cum traheret siluas Orpheus & dura canendo
Saxa, bis amissa coniuge maestus erat.

Seneca:

Murus est Orpheus meum,
Qui saxa cantu mulcet, & siluas trahit.

Rursus aliter alibi loquitur:

Saxa, ferasq. lyra mouit Rodopeius Orpheus,
Tartareosq. lacus, Tergeminumq. canem.

-notam sine uulnere fecit.] In uno meo, *Sine sanguine fecit.* *-rapuere theatri.*] Ita lib. uet. Quare nihil mutandum censeo. *Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.*] lib. XII.

Multaq. perpessae Phrygia potiuntur arena. Et lib. xiij.
Sub noctem potitur Zanclaea classis arena.

Virgilius lib. I. Aeneid.

Egressi optata potiuntur Troes arena.

Euridiceq. suam iam tuto respicit Orpheus.] In uno meo, *Iam tutus.* *-porrectaq. brachia ueros Esse putes ramos.*] Sic unus meus, & unus Maffei. In altero meo, & altero Maffei: *Longos quoq. brachia uera Esse putes ramos.* *-sui uineta Timoli.*] Quidam legunt, *Pineta Timoli.* Quo modo

in

in uno meo, & Caeleſt. In altero meo, & uno Maffei, *Sui uineta Tmoli*. Rectius. Sic etiam ſuperius: *Deſeruere ſui Nymphae uineta Tmoli*. Et lib. 11. Faſt.

Iam Bacchi nemus, & Tmoli uineta tenebat.

Quidquid Regius hoc loco comminiſcatur, non me fugit. *-uinctumq. coronis*] Liber meus, & Maffeianus, *Vinctumq. cathenis. Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo*] Manuſcripti o. *Eumolpho*. Quo modo impreſsit Aldus Senior, & Sebaſtianus Gryphius illud IV de Ponto:

At non Chionides Eumolphus in Orphea talis.

Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen Lucifer undecimus.] Sic lib. 11. *quarum* (ſtellarum) *agmina cogit Lucifer*. Sic & Seneca, Ouidij maximus imitator, in Herc. Furente: *Cogit nitidum Phoſphoros agmen.*

Videtur autem *Cogendi* uerbum his locis de militari conſuetudine translatum. Liuius lib. XXXVII. *Cogebat agmen Chariclus*. Idem ibidem: *Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, uidit &c. -gaudetq. malo Berecynthius heros.*] In uno meo, & Caeleſt. *Gaudetq. datis*, i. muneribus. *-dapes admoto dente premebat.*] In meo antiquiore, & uno Maffei, *Dente rigebant*. In altero meo, antea legebatur *Premebat*. quod eſt deletum, & repoſitum *Nitebant*. Quo modo legitur in Caeleſt. & altero Maffei. *-& inuiſo merito &c.* In Caeleſt. & uno meo, *Meritus. Perq. iugum ripae labentibus obuius ulnis,*] Ex fide meorum lib. Maffeianorum, & Caeleſtini lege, *Labentibus obuius undis. Labi* enim proprie de aqua dicitur, ſicut etiam de tempore. *-& pendent circum caua tempora glandes*] *Caua tempora* ſummi ingenij acumen praeſeferunt. *-poſt hunc ſacer ora reſoluit.*] In utroq. meo, & uno Maffei, *Ora retorſit*. Rectius *-pleno maturuit anno,*] In uno meo, *Pleno maturuit aeuo. Anguſtum citra pontum,*] In eodem meo, *Supra pontum. Cumq. Tridentigero tumidi genitore.*] Ita uet. lib. & recte. Virgilius lib. I. Aeneid. *Sic cunctus pelagi cecidit fragor aequora poſtquam Proſpiciens genitor &c.* Vide ibi Seruium. *Non impune feres*] Hemiſtichium eiuſdem poetae. *-& omnes Inclinauit aquas ad auarae litora Troiae.*] In uno meo, & Caeleſt. *Auarae moenia Troiae*. Quod magis probo, &, ut hoc probarem, adduxerunt me uerba, quae

 ſequuntur.

sequuntur. *-& fluctibus obruit agros.*] In eodem meo est, *Obruit arua. Bis periura capit superatae moenia Troiae*] Ita omnes scripti. Nescio, qua ratione freti sint illi, qui legunt, *Bis peritura &c.* Quibus obstant lib. s. & sensus optimus est, & historia, siue fabula, a ueritate non est aliena. Nam bis Laomedon iusiurandum uiolauit: primum pollicitus soluere mercedem Neptuno & Apollini pro aedificatis Troiae menibus. Vide Homerum lib. XXI. Iliad. Deinde Herculi, pro liberata, & recepta Hesione. Huic accedit, quod Horatius quoq. eodem modo *domum periuram dixit*.

Ilion, Ilion
Fatalis, incestusq. iudex,
Et mulier peregrina uertit
In puluerem, ex quo destituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Castaeq. damnatum Mineruae
Cum populo, & duce fraudulento.
Iam nec Lacaenae splendet adulterae
Famosus hospes: nec Priami domus
Periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit.

Sic Neptunus etiã apud Virg. lib. v. *Periuram Troiã.*
-cuperem cum uertere ab imo
Structa meis manibus periurae moenia Troiae.

Nec pars militiae.] Sic alibi:
Hic pars militiae, dux erat ille ducum.

Ad quem locum respexisse uidetur Seneca in Troade:
Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum.

Iuppiter aequoreae Thetidis connubia uitat.] In uno meo, & Caelest. *Connubia fugit.* Quod autem ad huius fabulae intelligentiam pertinet, uide, quae annotat & Graecae, & Latinae linguae intelligentissimus D. Lambinus, ad illud Horatii ode XIII in Epod. *Nate puer Thetide. Et sinus Haemoniae curuos falcatus in arcus,*] Alibi: *Est sinus adductus modice falcatus in arcus. Sed modo tu uolucris.*] In eodem meo. *Nam modo. -inclinatoq. petebat &c.*] In meo antiquiore, & Caelest. *Tenebat. -cubilia fluctu.*] In eodem meo lib. *Cubilia saxo.* In altero, uno

Maffei,

Maffei, & Caeleſt. *Cubilia ponto. Mille procis placuit,*] Vet. lib. *Mille procos habuit. Non fert ille moras,*] ſic lib. VI. *Iamq. moras male fert.* Et X. *Non tulit illa moram.* Hoc eleganter quoque dicitur in ſoluta oratione. Legitur apud Liuium *Pati,* & *ferre moram, & dilationem.* Apud Plautum, *Moram facere.* Apud Terentium, *Moram producere. Phoebus anum ſimulat,*] Dii, Deaeque, cum aliquem, aliquamue decipere uolebant, uel ne agnoſcerentur, ſe in anum mutabant. ut hic, & alibi.

Quam ſimulauit anum, poſuitq. ad tempora canos &c.

Et ſupra:

Pallas anum ſimulat, falſoſq. in tempora canos
Addit. Et infra:
Innitens baculo, poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum.

Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne, Qui facere aſſuerat, patriae non degener artis, Candida de nigris, & de candentibus atra.] *patriae non degener artis:* Hoc eſt, ſimilis Mercurio, eius patri. De quo ita Horatius:

Callidum quidquid placuit iocoſo
Condere furto.

Quod interpretans uir doctiſsimus, Ioannes Caeſarius, Conſentinus, haec ſcitu digna de Mercurio ſtudioſe, & diligenter collegit. *Phurnutus ait hunc Deum furandi artem inueniſſe, quod Suidas etiam ſuis monumentis mandauit. Prudentius quoq. ſic ait:*

Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius genitus Maia.

Et poſtea, pluribus omiſsis; ſubdit. Homerus:

Ἠῷος γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν,
Ἑσπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Mane natus, meridie citharam pulſauit, ueſperi furatus eſt boues Apollonis in longum ſagittas iacientis. *Quam miſer amplexans ego tunc &c.*] Ita eſt in meo antiquiore. In altero, & Caeleſtino, *Quam miſer, o pietas, ego tunc. Qua uia nulla fuit.*] Sic uetuſtior meus. alter uero, *Qua uia nulla fugit.* Nonnulli legunt, *Ruit. -hos nauita templi Edidit eſſe Deos.*] In meo antiquiore, & utroq.

Maffei,

Maffei, *-hos nauita ponti Oblitus & spumis.*] In uno meo & Caeleſt. *Obſitus. -rictus Fulmineos &c.*] Ita mihi legendum uidetur, ex meo uetuſtiore, & ſenſu expoſcente. *-ſanguine litus, Vndaq. prima rubet.*] *Infra: Et iam Sigaea rubebant litora.* Virg. lib. 11 Aeneid. *Dardanium toties ſudarit ſanguine litus? Diſijcit hos ipſos,*] Hic locus deprauatus eſt una uidelicet litterula, ut uidebis. In uno Vatic. ambobus Maffei, meo, & Dominic. aperte legitur, *Diſſicit hos ipſos*, per duo ss. In altero meo antiquiore, *Diſicit*, per ſimplex s. In duobus Vatic. & Caeleſtino, ſcriptum eſt, *Diſſipat.* Sed *Diſſicit*, uel *Diſicit*, magis placet: propterea quod uulgata lectio huic etiam uidetur adſtipulari. Ita quoq. accidit in illo Virgilii uerſu: *Diſijce corpora ponto*. Ita enim nunc uulgo legitur. In optimo illo Virgilio Vaticano, litteris grandiuſculis deſcripto, (cuius auctoritati tantum ipſe tribuo, quantum optimo cuiq. grammatico) perſpicue ſine ulla litura legitur, *Diſſice corpora ponto*. Praeterea *Diſſice* legitur quoq. in tribus alijs Vatic. At uero in Longobardico, & in uno ſatis ueteri, quem habet Phyſicus optimus, Graecarumq. litterarum intelligentia ornatus, ciuis meus, Ioſephus Silueſtris, ſcriptum eſt, *Diſice*, per unum s. Quo modo teſtatus ſum hoc loco reperiri in meo antiquiore. Sed miror Pierium huius, quam retuli, lectionis mentionem nullam feciſſe. Licet teſtetur ſe reperiſſe in exemplarib. antiquis, ſic illud eiuſdem Virgilij: *Diſſice compoſitam pacem.* Itaq. non amplius dubito, quin haec uera & germana ſit lectio. Hanc eandem lectionem in ueterib. quoq. libris Giſanius ſe reperiſſe affirmat. *-colloq. infixa mariti,*] In utroq. meo, & tribus Vatic. eſt, *Colloq. infuſa mariti. Mittat ut auxilium ſine ſe,*] Eruditi uiri prorſus negant dici poſſe, *Mittere auxilium*. Quorum opinio ex hoc potiſsimum loco facile coarguitur. Salluſtius quoq. hac locutione uſus eſt de bello Iugurthino duobus in locis, & Liuius. Quod parcam ſcribere. Atq. ita dicendum eſt de alio dicendi genere, *Opem emittere*, ut infra lib. xv.

-multi retinere, ſuamq.
Non emittere opem, nec numina tradere ſuadent.

-prae-

-praeterq. colorem] Ita uet. lib. & recte. *Consilij tamen ante sui fi lissima certam Te facit Halcyone.*] Supra, lib. VI.

Fama mali, populiq. dolor, lacrimaeq. suorum
Tam subitae matrem certam fecere ruinae.

Apud M. Tullium ad Atticum etiam cum genitiuo inuenitur: *Pompeius certiorem me sui consilij facit. facit te certam:*] Virgilius: *Anchisen facio certum*. Plautus in Pseudulo: *Fac me certum, quod tibi sit*. Ibidem: *Epistola, atq. imago me certum facit. Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit:* Alibi:

Ter tecum conata loqui, ter inutilis haesit
Lingua, ter in primo destitit ore sonus: Et:
Ter conata loqui, ter destitit, ausaq. quarto:
Non oculos ideo sustulit illa suos. Et:
Ter nolui promittere opem, ter lingua retenta est.

Non etiam metuam,] In uno meo, *Non etiam timeam: Quod tua si flecti precib. sententia nullis Care pōt cōiux.*] Virg. lib. 11. Aeneid. *Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis.* *-nec enim minor ignis in ipso.*] Emenda, ut est in uet. lib. *neq. n. &c. -acquore tingi,*] In uno meo legitur, *Tingui.* *-albescere coepit*] sic lib. s. & recte. *-& antennis totū subnectite uelū. subnectite:* detrahite, subducite. *Aspera crescit hiems*] *Hiems* hoc loco ualet, ut apud Virgiliū lib. 1. *Vicit hiems.* & apud ipsum lib. XIV. *Quos communis hiems, importunusq. Caphareus Mersit aquis. -omniq. a parte*] undique, ac per hoc a quatuor mundi cardinibus. *Bella gerunt uenti.*] Alibi hoc idem dixit alijs uerbis: *Nunc Notus aduersa proelia fronte gerit. -ratis rector*] M. Tullius lib. II. de diuinat. *Rector nauis.* Titinius Setina:

Sapientia gubernator nauem torquet, non ualentia.

Ipse pauet, nec se, quis sit status, ipse fatetur Scire ratis rector, nec quid iubeat ue, uelit ue.] Huiusmodi sententiam alibi ita est complexus:

Rector in incerto est, nec quid fugiatue, petatue
Inuenit, ambiguis ars stupet ipsa malis,

Quippe sonant clamore uiri, stridore rudentes,] Virgilius lib 1. Aeneidos.

Insequitur clamorq. uirum, stridorq. rudentum.

-tonitribus aether.] subaudi sonat. Alibi:

Hei

Hei mihi, quam celeri miscuerunt nubila flamma,
Quantus ab aetherio personat axe fragor.

Fluctibus erigitur, caelumq, aequare uidetur Pontus,] ὑπερβολή. Alibi:

Me miserum, quanti montes uoluuntur aquarum,
Iam iam tacturos sidera summa putes.

Et nunc sublimis ueluti de uertice montis Despicere in ualles, imumq. Acheronta uidetur:] Alibi hoc idem uidetur significasse:

Quantae deductae subsidunt in aequore ualles,
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.

Nec leuius pulsata sonat, quam ferreus olim, Cum lacerat aries ballista ue concutit arces.] Alibi:

Nec leuius laterum tabulae feriuntur ab undis,
Quam graue Ballistae moenia pulsat onus.

Vastius insurgens decimae ruit impetus undae:] Ibidem:

Qui uenit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes:
Posterior nono est, undecimoq. prior.

Huc sane facit, quod litteris mandauit Festus Pompeius. *Decumana*, inquit, *oua dicuntur, & decumani fluctus, quia sunt magna.* Nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur *aliis murum fodientibus extra,*] M. Tullius in interrogatione in Vatinium eodem prope modo loquitur: *Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, uicinos compilaris, matrem uerberaris.* Plautus in Asinaria: *Vbi parietes perfoderis.* Idem in Milite glorioso: *In eo conclaui ego perfodi parietem.* Sallustius de bello Iugurthino: *Alij succedere, ac modo murum suffodere, modo scalis aggredi, cupere proelium manibus facere.* Virgilius lib. XI. *Praefodiunt alij portas. atq. irrumpere mortes.*] In uno meo legitur, *Montes*, non *Mortes subeunt illi materq. parensq.*] In duobus meis, & alijs uet. *Fraterque, parensque.* Melius omnino. *tanta uertigine pontus Feruet.*] Alibi: *Et mare feruet aquis duplicataq. noctis imago est:*] In uno meo, *Mortis imago est. spoliisq. animosa superstes,*] Ita uet. lib. Alij aliter pessime legunt. *& arquato caelum curuamine signans*] Duo Vatic. & Caelest. *Arcato*. In uno meo, *Arcuato*. In altero item meo, *Arcuto*. Sed supra additum est A litera: factumq.

ctumq. *Arcuato*. Quae lectio probatur Gifanio, cuius iudicium ego plurimi facio. *Est prope Cimmerios longo ſpelũca receſſu,*] Hoc uidetur ſumpſiſſe ab Homero initio lib. XI. Odyſſeae. *-dubiaeq. crepuſcula lucis.*] In uno meo, *Crepuſcula noctis*. Atq. ita legit uir pereruditus, Stephanus Pighius. *Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris Euocat Auroram,*] Gallum intelligit. Sic Martialis in diſtichis:

Surgite iam, uendit pueris ientacula Piſtor,
Criſtataeq. ſonant undique lucis aues.

-nec uoces ſilentia rumpunt, Sollicitiue canes, canibuſue ſagacior Anſer.] Huc pertinet, quod ſcribit Columella lib. IIX. cap. XIII. *Anſer*, inquit, *ſollertiorem cuſtodiam praebet, quam canis: nam clangore prodit inſidiantem, ſicut etiam memoria tradidit in obſidione Capitolij, cum aduentu Gallorũ uociferatus eſt, canibus ſilentibus*. Vide etiam, ſi placet, Liuium extremo lib. V. & quae nos ſuperius annotauimus. *Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,*] Poſt hunc uerſum in uno meo, uno Vatic. & utroq. Maffei legitur hic, qui in impreſsis omnibus deſideratur:

Garrula nec Progne ſtertentia corpora mulcet.

Verum in meo eſt, *Efflentia pectora mulcet:* ſed adſcripta eſt gloſſa, *Stertentia*. *Silua gerit frondes, eiectas litus arenas.*] Vet. lib. *Eiectat litus*. Recte. Illud perperam: niſi quis uoluerit κατὰ προσωποποΐαν dictum eſſe. *Somne, quies rerum, placidiſſime Somne Deorum, Pax animi, quem cura fugit &c.*] hunc locum uidetur adumbraſſe Statius lib. V. Siluarum:

Crimine, quo merui iuuenis placidiſſime Diuum
Quoue errore miſer, donis ut ſolus egerem
Somne tuis? tacet omne pecus, uolucresque, feraeque,
Et ſimulat feſſos curuata cacumina ſomnos.

Et Seneca in Hercule furente: *Tuq. o domitor*
Somne laborum, requies animi.

Pax animi: Sic Lucretius lib. III. ſub principium:

Omnia ſuppeditat porro natura, neq. ulla
Res animi pacem delibat tempore in ullo.

Pax autem *animi* ualet, opinor requies animi, ut eſt in illo, quem modo protulit, Senecae uerſu. *-Agnoſcis Ceycaq. miſerrima coniux?*] Lib. uet. *Ceyca* ſine q. *-ſi uitam*

ducere

ducere nitar Longius.] In meo legitur, *Quaeram*, non *Nitar*. *Perq. dies placidos hiberno tempore septem Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.*] De hoc sic Varro primo hebdomadon, ut est apud Nonium: *Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoq. septem esse dixit*. Sic etiam Simonides, ut refert Aristoteles lib. v. de historia animalium. Quod ad hunc locum mirifice facit: Cuius haec sunt. Ἡ δὲ ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλοῦνται ὅταν εὐδι εἶναι γένωνται αἱ τροπαὶ ἀλκυόνειοι ἡμέραι. ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν ἑπτὰ ἢ μετὰ τροπάς, κατὰ καὶ σιμωνίδης ἐποίησεν. ὡς ὁπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πινύσκῃ ζεὺς ἤματα τέσσαρα καὶ δέκα, λανθάνεμόντε μιν ὥραν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι ἱερὰν παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκυόνος. Id est, Gaza interprete: *Halcyon autem circa brumam parere solita est. quamobrem, quoties bruma serena exsistit, dies Halcyonei appellantur, septem ante brumam, & septem a bruma, ut Simonides quoq. suo carmine tradidit, ut cum per mensem hibernum Iuppiter bis septem molitur dies teporis, clementiam hanc temporis, nutricem sacram uariae & pictae Halcyonis mortales dixere.* Vide praeterea Aelianum lib. I. de historia animalium cap. XXXVII.

-sunt huius origo Ilus, & Assaracus.] In meo aperte legitur, *Fuit huius origo &c. Fertur Alixothoe*] lib. uet. *Alixirhoe*. Quidam, *Alixorhoe*. Mihi plane ignotũ est, quo modo sit legendum. Ceterum Fanensis mutabat *Alixithoe* in *Alizithoe*, Quod puto falsum esse. *-piget, piget esse secutum:*] Ita in uno meo, & uno Vatic. In altero meo antiquiore, alioq. Vatic. & Caelest. *Piget me te esse secutum. -quia mergitur illi.*] In uno meo, *Mergitur illo*.

HERCV.

HERCVLIS. CIOFANI
SVLMONENSIS
IN P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. XII
Obseruationes.



RIAMVS pater] Priamus interfectus est a Pyrrho ad Herceã arã. Auctor Euripides in Troad. Hoc etiam significauit Ouidius ipse in Ibide:

Nec tibi subsidio praesens sit numẽ, ut illi,
Cui nihil Hercei profuit ara Iouis.

-*coniurataeq. sequuntur Mille rates,*] De nauibus, quae Troiam petierunt, ut Helenam recuperarent, magña est scriptorum dissensio. Ouidius ipse, cum hic, tum alibi, mille fuisse testatur. Ita Virgilius, Seneca, & alij apud Latinos. Item Euripides apud Graecos. Homerus uero CIↃ LXXXVI. Euripidis Scholiastes CIↃLXX. Dio CIↃ CC. Haec fere Muretus. Dares autem Phrygius, qui primus, ut creditur, bellum Troianum, cui ipse interfuit, Graece scripsit, ait fuisse CIↃ CXL. -*gentisq. simul cõmune Pelasgae. commune*] τὸ κοινόν. *Hic patrio de more Ioui cum sacra parassent, Vt uetus accensis incanduit ignibus ara, Serpere caeruleum Danai uidere Draconem In platanum, coeptis quae stabat proxima sacris. Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore summa: Quas simul & matrem, circum sua damna uolantem, Corripuit serpens, auidaq. recondidit aluo. Obstupuere omnes: at ueri prouidus augur Thestorides, uincemus, ait: gaudete Pelasgi: Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris. Atq. nouem uolucres in belli digeris annos. Ille, ut erat, uirides amplexus in arbore ramos, Fit lapis, & seruat serpentis imagine saxum.*] Totum hoc, quod ad serpentem in

saxum

ſaxum commutatum pertinet, accepit ab Homero Iliados B, cuius principium tantum, ne eſſem nimius, afferre duxi: cetera, qui uolet, nullo negotio reperire poterit.

Τλῆτε φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον ὄφρα δάωμεν
Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἠὲ καὶ οὐκί.

Quos uerſus ita Latine reddidit princeps Latinitatis M. Tullius lib. II. de Diuinatione: quos, quia non inſuaues ſunt, adſcribere non grauabor:

Ferte uiri, & duros animo tolerate labores,
Auguris ut noſtri Calchantis fata queamus
Scire, ratos ne habeant, an uanos pectoris orſus:
Namq. omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funeſtis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut ueſtita eſt claſſibus Aulis,
Quae Priamo cladem, & Troiae, peſtemq. ferebant;
Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Aurigeris Diuum placantes numina tauris,
Sub Platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
Vidimus immani ſpecie, tortuq. draconem
Terribilem, Iouis ut pulſu penetrabat ab ara:
Qui Platani in ramo foliorum tegmine ſeptos
Corripuit pullos: quas cum conſumeret octo,
Nona ſuper tremulo genitrix clangore uolabat:
Cui ferus immani laniauit uiſcera morſu
Hunc, ubi tam teneros uolucres, matremq. peremit,
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
Abdidit, & duro formauit tegmine ſaxi.
Nos autem timidi ſtantes mirabile monſtrum
Vidimus in medijs diuum uerſarier aris,
Tum Calchas haec eſt fidenti uoce locutus:
Quidnam torpentes ſubito obſtupuiſtis, Achiui?
Nobis haec portenta Deum dedit ipſe creator,
Tarda & ſera nimis, ſed fama ac laude perenni.
Nam, quot aues teatro mactatas dente uidetis,
Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos:
Quae decumo cadet, & poena ſatiabit Achiuos.
Edidit haec Chalcas. quae iam matura uidetis.

At non Theſtorides; neq. enim neſcit ue, tacet ue Sangui

ne uir

ne uirgineo placandam uirginis iram Esse Deae] Seruius, exponens illud Virgilij II Aeneidos.

Sanguine placastis uentos & uirgine caesa,

sic scribit: *Cum Graeci ad Aulidem uenissent, Agamemnon Dianae ceruam occidit ignarus. Vnde, irata Dea, flatus uentorum remouit. Quamobrem, cum nec nauigare possent, & pestilentiam sustinerent: oracula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam. Ergo, cum ab Vlixe per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset, ut immolaretur, numinis miseratione sublata est; ceruaq. supposita, & translata ad Tauricam regionem, Regi Thoanti tradita est. Sacerdosq. facta Dictymnae Dianae, cum secundum statam consuetudinem humano sanguine numen placaret, agnouit fratrem Orestem: qui, accepto oraculo carendi furoris caussa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum.* Hac de re scribit etiã Sophocles in Electra. *Rexq. patrem uicit,*] Lege, ex uet. lib. *Resq.* -*fletis Iphigenia ministris:*] Iphigenia fuit Agamemnonis filia. Qui tres suscepit, unam, quam dixi, Iphigeniam, alteram Chrysothemin, tertiam Electram. Auctor Euripides in Oreste. -*summaq. domum sibi legit in arce:*] In meo antiquiore, & Caelestino: *Summaq. locum.* -*cum Iuppiter atras. &c.*] In Vatic. eodem meo, Caeleſt. & utroq. Maffei, *Altas*, non *Atras* -*& Hectorea primus fataliter hasta Protesilae cadis.*] Ἀ'πρόσρησιν'. Huc pertinet illud, quod ait Laodamia apud Poetam nostrum:

Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaum Troada tanget humum.
Infelix, quae prima uirum lugebit ademptum:
Dij faciunt, ne tu strenuus esse uelis.

Exstat & apud Ausoniũ hoc eiusdẽ Protesilai epitaphiũ:

Fatale adscriptum nomen mihi Protesilao:
Nam primus Danaum bello obij Phrygio.
Audaci ingressus Sigaeia litora saltu,
Captus pellaci Lartiadae insidijs.
Qui ne Troianae premeret pede litora terrae,
Ipse super proprium desilijt clipeum.
Quid queror? hoc letum iam tum mea fata canebant,

Tale mihi nomen cum pater imposuit. Et:
Protesilae, tibi nomen sic fata dederunt,
Victima quod Troiae prima futurus eras.

-fortesq. animae] strenui homines. Ita saepe apud bonos auctores *-proles Neptunia*] Appositio, ut uocant Grãmatici. *-opusq.meae bis sensit Telephus hastae.*] De hoc praeter illud, *Vulnus Achilleo, quod quondam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit*, ita alibi:

Namq. ea uel nemo, uel qui mihi uulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest. Et:
Telephus aeterna consumptus tabe perisset,
Si non quae nocuit dextra tulisset opem. Et:
Profuis & Myso Pelias hasta duci.

Propertius:

Mysus & Haemonia iuuenis, qua cuspide uulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.

Vtar in hoc iisdem.] Ita uet. lib. itaq. sine ulla dubitatione contenderem legendum esse: non autem, ut quidam uolunt, qui opus hoc foedissime inquinant, *Vtar in hoc idem. -gladioq. aduersa reducto*] In uno Vatic.& uno meo, *Clipeoq. aduersa reiecto. Longaq. multisoni.*] Ita Caelestinus. Alij uet. *Multisoni. -uixi Annos bis centum; nunc tertia uiuitur aetas.*] Horatius:

At non ter aeuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex
Annos.

Et Ouidius, & Horatius, non dubium est, quin respexerint ad Homerum lib. 1. Iliad. cuius uersus alij posuerunt *-eadem quoq. fama ferebat.*] In duobus meis, & utroq. Maffei: *Eadem hoc quoque fama ferebat.* Quod mihi perplacet *-aequoris alti*] Profundi maris. Dicitur enim rectius, immo proprie, *Caelum altum, Profundum mare.* Quo abusus est quoq. Virgilius: *Caelumq. profundum.* Idem: *Et longa sulcat maria alta carina -uiolatq. duos &c.*] Ita uet. lib.& recte. *Vina dabant animos:*] Alibi: *Vina parant animos. -tartareas misit ad umbras,*] interfecit. Sic & alibi:

Mittere me Stygias si iam uoluisset ad undas,
Caesar in hoc uestra non eguisset ope.

Virg.

Virg. lib. xi.

Et quos mille die uictor sub tartara misi
Inclusus muris, hostiliq. aggere saeptus.

Et te Caeni feram?] In meo antiquiore, *Te Caeni feria quid me meminisse malorum Cogis, & obductos annis rescindere luctus?* Simile illud Virg. lib. x. *quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductos uerbis uulgare dolores? Sthenelei a uersum*] Vatic.& alij uet. *cygneida -Smynthea dictis.*] Lib. s o. *Cynthia dictis. Irrita qui meum posuisti moenia Troiae,*] Neptunum,& Apollinem Troiae moenia aedificasse alibi etiam significat:

Vtilius starent etiam nunc moenia Phoebi. Et:
Me fida conspicuus Troiae munitor amauit. Et:
Ipse suam non praebet iter Neptunus ad urbem.

-Supra hoc ipso libro:

-& sunt, qui parcere Troiae
Neptunum credant, quia moenia fecerat urbis.

Neptunus apud Homerum lib. xx. Apollinem alloquens sic ait:

Ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ περὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄῤῥηκτος πόλις εἴη.

Coluthus de raptu Helenae:

Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Tryphiodorus, uocat Troiam opus, Deorum, id significans; Ἔργον Ἀθανάτων In hac quoq. opinione est, & Euripides, sub principium Troad. & in Rheso. Horat.

Ter si resurgat murus aheneus Auctore Phoebo.

Propertius lib. III.

Nec referam Scaeas, & Pergama Apollinis arces,
Et Danaum decimo uere redisse rates:
Moenia cum Graio Neptunia pressit aratro
Victor Palladiae ligneus artis equus.

Statius:

Nec circum saeui fugientem moenia Phoebi
Troilon Haemoniae deprendit lancea dextra.

Id ipsum aperte indicat & Plautus in Bacchidibus:

Atridae duo fratres fecisse dicuntur facinus maximum
Quom Priami patriam, Pergamū diuina moenitū manu,
Armis, equis, exercitu, eximijs bellatoribus,

Cum mille numero nauium, decumo anno post subegerũt.
ubi Asiacas casuras adspicis arces.] In Vaticano, & uno meo, *Ubi has iam iam casuras &c*. Quod probo uehementer. *Cum tamen ille ferox,*] In Vatic. & Caelest. *Cur tamen.* Quod ad rem magis uidetur pertinere. *& ostendens sternentem Troica ferro Corpora Helsden, arcumq. obuertit in illum, Certaq. letifera direxit spicula dextra*] In hac sententia sunt illa Virgilij lib. VI.

Phoebe, graues Troiae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxsti tela, manusq.
Corpus in Aeacidae.

Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset, Hoc fuit.] Non poterat merito Priamus, interfecto Hectore, gaudere. Nam Hector, ut ait Pindarus, erat Troiae inexpugnabilis ac solida columna. Eius uerba sunt:

ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε Τροίας
ἄμαχον, ἄστραβῆ κίονα.

Victus es a timido Graeciae raptore maritae] Periphrasis est Paridis. A quo Achillem interfectum esse, alibi etiam apertè significauit: *Ast postquam Paridis cecidit Phoebiq. sagittis*. Huius rei ita meminit Dares Phrygius: *Alexãder Antilochum interemit, ipsumq. Achillem multis plagis confodit: ita animam, nec quidquam fortiter faciens, amisit: quem* Alexander *feris, & uolucribus proijci iubet*. Dictys Cretensis lib. IV. de bello Troiano: *Interim Alexander, compositis cum Deiphobo insidijs, pugione cinctus Achillem aggreditur, confirmator ueluti eorum, quae Priamus pollicebatur: mox ad aram Apollinis, quo, ne hostis dolum praesentisceret, auersusq. a duce assistit: dein, ubi tempus uisum est, Deiphobus amplexus inermem iuuenem, quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem, exosculari, gratulariq. super his, quae concessit, neq. ab eo diuelli, neq. amittere. Quo Alexander uibrato gladio procurrens aduersus hostem, per utrũq. latus geminato ictu transfigit. At, ubi dissolutum uulneribus animaduertere, parte alia, qua uenerant, proruunt. Re ita maxima & super uota omnium perfecta, in ciuitatem recurrũt.*
a timido raptore: Huc pertinet illud:

Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.

Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis Aeacides]

Aecides] Hoc uidetur expreſsiſſe Seneca in Troade. Sed, quod Poeta noſter hoc loco Achilli tribuit, ille Hectori adſcribit, ubi Chorum loquentem introducit:

Columen Patriae, mora fatorum
Tu praeſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeriq;. tuis
Stetit illa decem fulta per annos,

Et Caſſandra apud eundem in Agamemnone:

Frater auxilium Phrygum
Terrorq. Danaum.

-inania tartara] Ita paullo ſuperius. Alij ſub inania tartara corpus detruſum ſiluarum mole ferebant. Virg. lib. VI. *Perq. domos Dis uacuas, & inania regna. Bella mouet clipeus*] Clipeum, inquit Feſtus, antiqui ob rotunditatem etiam corium boum appellarunt, in quo foedus Gabiorum, uel, ut alij malunt, Sabinorum cũ Romanis fuerat deſcriptum. Sed lib. o. calamo deſcripti, habent *Clipeus* per I latinum: Idq. rectius, ut puto, Qua in ſententia eſt etiam eruditiſsimus uir, acerrimoq. iudicio praeditus, Obertus Giſanius. *-deq. armis arma feruntur,*] Continens pro contento. Sic alibi:

Parua mea ſine matre fui, pater arma gerebat.

Achillis autem arma, ut ſcribit Q. Smyrnaeus (qui ab alijs male uocatur Q. Calaber, lib. v. derelictorum ab Homero) Thetis, confectis certaminibus, ac praemijs diſtributis, in medium propoſuit, illi auferenda, qui inter Graecos praeclariora facinora edidiſſet. *Non minor Atrides*] Menelaus *-non bello maior, & aeuo*] Agamemnon. Ita ſequenti libro: *Peteret maioris frater Atridae. Laerteq. fuit*] ſic nunc legitur in impreſsis, hoc ſenſu: Et Vlixi Laerte creato. Regius, mendoſos nactus libros, legit: *Laertiq.* Rectius omnino lib. omnes ſcripti: *Lartiadaeq.* Quo modo ſine ulla dubitatione legendum eſt.

HERCVLIS CIOFANI
SVLMONENSIS
IN. P. OVIDII. NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. XIII

Obseruationes.



ONSEDERE *duces, & uulgi, &c.* Ad hunc locum respexit Iuuenalis Satyra VII.

Consedere duces, surgis tu pallidus Aiax,
Dicturus dubia pro libertate, bubulco
Iudice.

clipei dominus septemplicis Aiax] Optime interpretatus est hoc Regius. Errant autem ij, qui eum reprehendunt. Nam, quod huic opponunt illud *Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum est:* Illis responderi potest, id nihil ad hoc pertinere: quippe illic de Cygni, hic de Aiacis clipeo Poetam locutum esse notius est, quam ut ipse aperiam. Atqui hoc perspicue patebit ex ipso Ouidio, qui eodem modo *Septemplicem* uocat:

Quid? non & clipei dominus septemplicis Aiax
Strauit deprensos lata per arua greges?

Et infra:

-frustra Telamone creatus
Gestasset laeua taurorum tergora septem.

Rursus alibi:

Scilicet Aiaci coniux ornata ueniret,
Cui tegmen septem terga fuere boum.

Statius in Achilleid. *Septemq. Aiax umbone coruscet. Armenti reges.* Valerius Flaccus:

Ille iterum in clipei septemplicis improbus orbem
Arietat. & mox dicit, *septenum tegmen.*

Sopho-

Sophocles in Aiace. ἴσχε διὰ πολυῤῥαφὲς στρέφων
πόρπακος ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος.

-*Agimus pro Iuppiter, inquit, Ante rates caussam, & me cum confertur Vlixes.* Cõsiderat hunc locum Quinctil. lib. v. cap. x. *Quas ego sustinui, quas hac a classe fugaui.*] cũ quis se ipsũ laudat, Periautologian uocãt. -*quas hac a classe fugaui*] Ἀνδροφονία. *fugaui*] expuli, reieci. Homerus lib. xvi. Iliad. narrat, Troianos in Graecorum naues ignem cõiecisse -*quantumq. ego Marte feroci, Inq. acie ualeo, tantum ualet iste loquendo.*] Collatio, qua ostendit se in certamine, & aduersarium in eloquentia ualere Ex hoc autem loco intelligi licet, natura ita comparatum esse, ut fortes uiri eloquentia careant, contra imbelles. Idq. etiã ostendit Hercules initio lib. ix.

melior mihi dextera lingua est:
Dummodo pugnando superem, tu uince loquendo.

Contra de Drance apud Virg. lib. xi. *Et lingua melior; sed frigida bello Dextera.*

Aiaci.] Emphasis. *Ipse tulit pretium*] In uno meo, *Iste tulit. Quod cum uictus*] In utroq. meo emendatum est, *Qui.* Quo modo impressit Sebastianus Gryphius. Atq. ita legit Corradus in praeclarissimis illis suis in Ciceronis Brutum commentarijs. *Nobilitate potens essem, Telamone creatus, Moenia qui forti Troiana sub Hercule cepit:* & reliqua: Quae omnia confutat Vlixes, his uerbis:

Nam genus & proauos, & quae non fecimus ipsi
Vix ea nostra uoco.

-*sub Hercule cepit*] Hercules enim Telamonem ad Troiam duxit, quae ab ijs expugnata est. Pindarus in Isthmijs oda vi.

κεδ' ἄτις Αἴαντος τελαμωνιάδα
καὶ πατρός, τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι
πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροίαν ἥ-
ρωσιν μόχθον, λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν
ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος
εἷλεν δὲ Περγαμίαν.

Et in Nemea, oda quarta, ubi loquitur de Hercule:

ζὺν ῷ ποτὲ τροίαν
καρτερὸς τελαμὼν
πόρθησε.

-*qui iura silentibus illic Reddit.*] Aeacus tanta iustitia praeditus fuisse dicitur, ut a Plutone apud inferos iudex sit delectus. *reddit iura*] ius dicit; forum agit -*prolemq. fatetur Iuppiter esse suam: sic a Ioue tertius Aiax.*] Aiacem fuisse Iouis gentilem, docet Sophocles in eiusdem persona: ὦ Ζεῦ προγόνων προπάτωρ. Sciendum etiam est, priscos illos auctores, *Iouis* in nominatiuo protulisse. Ennius, citat Martianus, & Appuleius.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

-*quid sanguine cretus Sisyphio*] Auctor Sirenum cantus:

Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlixes,
Hac tutos sola praestitit arte uiros.

-*nullo sub indice ueni*] sic Cicero in secunda act. in Ver. *An sine ullo duce, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio. Vltima qui cepit*] Vlixes, simulata insania, postremus omnium Graecorum ducum arma arripuit. -*detrectauitq. militiam*] Sic & Caesar lib. VII de bello Gallico non longe a principio: *Praeterea opida incendi oportere, quae nō munitione, & loci natura ab omni sint periculo tuta, neu suis sint ad detrectandā militiā receptacula, neu Romanis proposita ad copiā cōmeatus, praedāq. tollendā.* Alio modo, cui omnes qui politioribus se oblectant litteris, plurimum debent, Cicero lib. III. Off. cuius haec sunt: *Sed insimulat Vlixē tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere uoluisse.* Liuius lib. XXXVI. *Nec auctoritate, nec gratia, nec imperio aduersus detrectantes militiam ualuisse.* Apud quem, *Detrectare pugnam*, eodem modo, leges frequentissime. *Naupliades*] De Palamede lege Seruium lib. II. Aeneidos. -*ultima qui cepit, detrectauitq. furore Militiam, ficto. donec sollertior isto Et sibi inutilior, timidi cōmenta retexit Naupliades animi, uitataq. traxit ad arma.*] Videtur expressisse Pacuuij uersus ex Armorum iudicio, qui citantur a Cicerone lib. II. Off.

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:

Furere

Furere assimulauit: ne coiret, institit:
Quod ni Palamedis perspicax pudentia
Illius percepset malitiosam audaciam,
Fides sacratae ius perpetuo falleret.

Hortator scelerum] Virg. lib. II. Aeneid. *Scelerumq. inuentor Vlixes*. Plautus in Cap. *Sator, sartorq. scelerum, & messor maxume*. *-non te Poeantia proles*] Ἀποστροφὴ ad Philocteten. De quo exstat Sophoclis Tragoedia. Vide & Q. Smyrnaeum lib. IX. *-quae (si Dij sunt) non uana precaris*] In Vatic. *Si Dij sint*. In meo antiquiore, & uno Mafteiano, *Si Dij dent*. *Et pars una ducum*] scripti omnes, *Heu pars*. Idq. melius uidetur, atque ad sensum aptius *-fractus morboq. fameq. Venatur*] Hic quoque uet. omnes habent, *Velatur*, non *Venatur*, Si *Venatur* uolumus, ac cipitur passiue, quo modo Ennius protulit in Medea: ita enim legunt uiri docti; *Teneor consaepta, undiq. uenor*. Hoc est, ut interpretatur Nonius, circumuenior, Si uero, *Velatur*, quis mauult, hoc est, ut opinor, tegitur, co operitur, ac per hoc perit, uel consumitur. *Debita Troianis exercet spicula fatis*.] Quae, & quot fuerint fata, qui bus Troia posset capi, docet Plautus in Bacchidibus:

Ilio tria audiui fuisse fata, quae illi exitio forent:
Ex arce signum si perisset; alterum etiam est mors Troili:
Tertium quom portae Scaeae limen superum scinderetur.

His haec addit Seruius, exponens illud Virg. *Fatisq. repulsi Ductores Danaum*. Secundum uero alios pluribus: ut de Aeaci gente aliquis interesset. Vnde Pyrrhus admodum puer euocatus ad bellum est, ut Rhesi equi tollerentur: ut Herculis interessent sagittae, quas misit Philoctetes, cum ipse non potuisset afferre mortis praeuectu. *Adspiciunt oculis superi mortalia iustis*] Profert huiusmodi uerba Aiax, cum in certamine, quod cum Hectore iam susceperat, strenue se gessisset, patruelis armis haud donaretur: quibus, existimans sibi iniuriam factã, aduersario, alijsq. Graecis, qui sibi ea nõ adiudicarunt, minatur. *-molem clipei*] pro ipso clipeo. *Redde hostes*] Huic respondet aduersarius, *Phrygia de gente Dolona Interimo. &c*, multis omissis uerbis, haud contentus eo, *Petij tentoria Rhesi, Inq. suis ipsum castris, comitesq. peremi.*

atq.

atq. alia, quae illic prosequitur. *Vulnusq. tuum*] Contra haec Vlixes ita: *sunt & mihi uulnera, ciues,*
Ipso pulchra loco: nec uanis credite uerbis.
Aspicite en (uestemq. manu deduxit) & haec sunt
Pectora semper, ait, uestris exercita rebus.

Eminus ingenti resupinum pondere fudi:] Haec de re ita scribit Dictys Cretensis lib. II. *Interea, inquit, Aiax Telamonius adueniens, cognito apud naues Hectore, magna armorum specie ibidem apparuit: deinde molestia urgens hostem, multo sudore ad postremum a nauibus extra uallum detrudit. Tum iam cedentibus acrior insistens, Hectorem, qui aduersum cum promptius steterat, ictum immani saxo, ac mox consternatum eijcit.* In uno Vaticano legitur, *Vulnere fudi.* Quod Homerus comprobat: ait enim ζ Hectorem ab Aiace uulnus accepisse. *-ferrumq. ignesq. Iouemq.*] Emenda, ut est in Vatic. utroq. Maffei, & ambobus meis: *Ferrumq. ignemq. -date pro tot nauibus arma.*] In Vatic. & uno Maffei, *Date tot pro nauibus. Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq. Dolona &c.*] Non infitias it Aiax, Vlixẽ aliquid non praestitisse; sed id, quantum potest, extenuat. *Priamidenq. Helenum rapta cum Pallade captum:*] In Caelest. *Casta cum Pallade raptum.* In Vatic. *Rapta cũ Pallade raptum.* Ego nihil mutandum censeo, cum libri mei cum uulgatis consentiant. Illud praeterea nõ omittendum duxi, alios notasse hoc loco ab Ouidio tantum mentionem fieri Vlixis, qui Palladium furatus est. Cũ Poeta nostro facit Euripides in Rheso. *Finierat Telamone satus*] Poetae haec sunt uerba, usq. ad illud, *Si mea &c. -atq. oculos paullum tellure moratos Sustulit ad proceres.*] Contra fecerat Aiax: *Sigaeia toruo Litora prospexit.*

Si mea cum uestris ualuissent uota Pelasgi,] Oratio Vlixis, qua primum iudicum beneuolentiam sibi conciliat: deinde, indicans, Achillis mortem sibi molestissimam fuisse, eos in misericordiam adducit. *-manuq. simul ueluti lacrymantia tersit Lumina*] Non poterat Vlixes maius initio ad rem praepositam adsequendam excogitare, quam fingere Achillis mortem deflere. *lumina tersit:* Statius: *Palmite maturo rorantia lumina tersit.* Idem: *Et pectore terget lumina,* Et quisquis est auctor Moreti:

Saepe

Saepe manu summa lacrimantia lumina terget.

Profuit ingenium] Ingenij acumen, uel calliditas. *Sed enim quia retulit Aiax Esse Iouis pronepos*] cōstructio Graeca, ut recte admonet Linacer lib. VI. de figuris, *Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.*] De Teucro ita litteris consignauit C. Vel. Paterculus initio lib. I. *Teucer, non receptus a patre Telamone, ob segnitiam, non uindicatae fratris iniuriae, Cyprum appulsus, cognomine patriae suae Salamina constituit*. In uno Maffei legitur, *Nec minus est illi. Non petit ille tamē, num si petat auferat arma?*] In uno Maffei, *Nec tamen ille petit, num si petat, auferat arma?* In uno Vatic. Caelest & duobus meis, *Nec petit ille tamen, nec, si petat, auferat arma*. Quo modo sine ulla dubitatione legēdum. uerum in uno meo est, *Auferet.* *ego Telephon hasta &c.*] Quae hic recenset Vlixes Achillem gessisse, nonnulla exstant initio lib. XII. Telephus autem ad Caici ripas ab Achille uulneratus est, Pindarus Isthmiorum oda V. Τίς γὰρ ἐσθλὸν Τήλεφον τρῶσεν ἑῷ δορὶ καίκου παρ' ὄχθαις. Quis uero strenuum Telephum uulnerauerit sua hasta ad ripas Caici. Tangit, & hoc ipse, quem modo citaui, libro:

Vel cum purpureus populari caede Caicus
Fluxit, opusq. meae bis sensit Telephus hastae.

Procubuisse solo] Superius dixit, *Deiecisse*. Vtrumq. ualet, prostrasse, & solo aequasse. *Flamina erant.*] In nonnullis uet. libris, *Flamina sunt*. *Mittor & Iliacas audax orator ad arces*,] Scribit Dares Phrygius, Diomedem, & Vlixem missos esse ab Agamemnone ad Priamum, ut Helenam repeterent. Antenor apud Homerum III. Iliad. refert, Vlixem una cum Menelao ad Helenam repetendam missum: eosq. se hospitio excepisse. *praedamq. Helenamq. reposco*] ὕστερον πρότερον. *Et moueo Priamū,*] Significantissime loquitur. *Mouere* enim est unum ex oratoris officijs. *Priamoq. Antenora iunctū.*] *Iūctū* dixit aut affinitate, aut quia assentiebat Priami sententiae. Id quod probabilius est. De quo ita ipse Oui. al.

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,
Consule, queis aetas longa magistra fuit. Et:
Vix mihi credetis, sed credite: Troia maneret

Praeceptis

Praeceptis Priami si foret usa senis. Et:
Adijce Troianae suasorem Antenora pacis.

Horatius:

Antenor censet belli praecidere caussam.

Dares Phrygius: *Antenor Helenam Graecis cum illis, quae Alexander cum ea attulerat, suadet reddi.* Sed hoc totum habetur apud Homerũ Iliad. η fere extremo. Vbi ita est:

κέκλυτέ μευ τρῶες καὶ Δάρδανοι, ἠδ᾽ ἐπίκουροι
Ὄφρ᾽ εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Δεῦτ᾽ ἄγετ᾽ ἀργείην, καὶ κτήμαθ᾽ ἅμ᾽ αὐτῇ
Δώομεν ἀτρείδῃσιν ἄγειν. νῦν δ᾽ ὅρκια πιστὰ
ψευσάμενοι, μαχόμεσθα. τῶ οὔ νύ τι κέρδιον, ἧμιν
Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε

Audite me Troiani, & Dardani, & auxiliarij, ut ego uobis exponam quod sentio. Eia agite: Argiuam Helenam, & cũ ea bona, quae huc secum aduexit, Atridis reddamus. nunc.a. foedera fida fallentes, pugnamus: quare nihil nobis spero per fectum iri, nisi fecerimus ita. Quinctus Smyrnaeus lib. 2. ait, *Pulydamanta, cui omnes Troiani assentiebantur, reddendae Helenae auctorem fuisse*, Liuius initio lib. 1. *Aenean* quoq. addidit. Cuius haec sunt: *Iam primum omnium satis constat, Troia capta in ceteros saeuitum esse Troianos, duobus Aenea, Antenoreq. & uetusti iure hospitij, & quia pacis reddendae Helenae semper auctores fuerant, omne ius belli Achiuos abstinuisse:* & reliqua. *Vix tenuere manus*] Id est abstinuerunt, ac per hoc parum absuit, quin interfecerint. M. Tullius lib. IV. Tuscul. disput. *Alexander, cum interemisset Clytum, familiarem suum, uix a se manus abstinuit. Tenere*, aliquando ualet assequi.

Vtq. ego te cupio, sic me cupiere puellae,
Multarum uotum sola tenere potes.

spatiosi tempore belli.] Pugnatum est, inquit Dares Phrygius, apud Troiam annis decem, mensibus sex, diebus duodecim. Poetae uero, numeri rotundandi causa, decem annos. Sic etiam tradunt trecentos fuisse Fabios, qui contra Veientes bellum susceperunt; cum Dionysius, Corn. Nepos, Liuius, alijq. historici sex & trecentos fuisse affirment *quae nos*] subaudi, ausi sumus. *fueritq. benignior Aiax.*] Sic repositum est in uno Maffei.

quo

quo modo antea legeretur, diuinare non possum. In uno meo, *Fuerit benignior Aiax*. In altero antiquiore, quem IX. Kal. Augusti Fuluio Vrsino, pro mea erga eũ beneuolentia, dono dedi, legitur, *Fuerat &c.* sine *q.* Quo adductus est ingeniosissimus, & numquam satis laudatus, M. A. Muretus, ut legeret, *Ferat haec ut dignior Aiax*. Cui libentissime assentior: *nam Benignior*, hic locum habere posse non uidetur: nisi quis mallet ab agris, siue arboribus, quae cum fructus ferunt, benignae appellari solent, metaphoram duci. Studiosi rem diligentius considerent. *Exitioq. dedi cum Chersidamante Thoona,*] In uno meo, *Cresidante*, In altero antiquiore, *Residamante*. Exitioq. dedi: Sic alibi:

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Quo loco respexit ad haec, quae subiiciam, Lucretii carmina:

Tres species tam dissimiles, tria talia texta
Vna dies dabit exitio, multosq. per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi.

-*fatisq. immitibus Eunomon*] In meo antiquiore, *Enomon*. In altero, *Ennomon*. In illo per simplex N. in hoc per duplex N N, & ita in uno Maffei. Quare non dubiũ est, quin recte, & ingeniose animaduerterit ille, qui addidit annotationes Regii commentariis, cui quicumque hisce litteris, & Ouidio, se oblectat, plurimum debet. Legit enim, ex Homeri auctoritate, *Ennomon*: quo modo testatus sum legi in duobus lib. scriptis. Facile autem contingere potuit, ut N in V uerteretur. Quod saepissime nos uidimus contigisse. De Ennomo sic Ausonius:

Ennomus hic Chremiusq. iacent, queis Mysia regnum,
Queis pater Alcinus, Oceanusq. atauus.
Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarius istis
Est genus, hoc mortis condicio grauior.

-*sunt & mihi uulnera ciues Ipso pulchra loco: nec uanis credite uerbis: Adspicite, en.*] Militibus cicatrices, quas ab hoste acceperant, ostentare, maximum erat ornamentum apud antiquos. Docet hoc C Marius apud Sallustium de bello Iugurthino, cui uitio dabatur generis sui nouitas:

quod

quod nemo ex eo, consulatum, aut alios honores gesserit. Verba eius haec sunt, in oratione, quam habuit ad Quirites: *Non possum fidei caussa imagines, neque triumphos, aut consulatus maiorum meorum ostentare: at, si res postulet, hastas, uexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices aduerso corpore.* -*uestemq. manu deduxit*] Ita o. libri scripti: itaq. legendum supra et docuimus. Iuuen. sat. 13.

nemo dolorem
Fingit in occasu, uestem deducere summam.
Contentus uexare oculos humore coacto.

Sic est in perueteri typis excuso, & in scripto libro, qui adseruatur in bibliotheca Alexandri Farnesiii, Cardinalis amplissimi. sicq. scriptum esse memini me uidisse in alio libro, quem tribus abhinc annis donaui Fuluio Vrsino, uiro optimo ac Romanae urbis lumini, omnisq. antiquitatis peritissimo; cuius rei in eo libro, quem de Romanorū familiis inscripsit, quemq. propediem edet, specimen dedit: ex quo omnes summos fructus, non mediocri cum uoluptate, percepturos fore confido; de quo opere sic ipse cecini:

Dum sibi quisq. studet nomenq. famamq. parare,
Aerumnas tolerat nocte dieq. graues.
Hinc meus Vrsinus, Graecae Latiaeq. camoenae
Summus honor, fretus, nobile fecit opus.
Sed, quid eum dixi hoc nomen famamq. parare?
Iampridem id summo quaesiit ingenio.
Quippe dedit specimen rara uirtute refertum,
Quod propter toto multus in orbe nitet.
At modo percupidus cunctis prodesse, uetustos
Collegit nummos, exposuitq. simul:
Et docuit, quo quisq. loco deduxerit ortum,
Munera quae Romae gesserit, atque refert.

Deducere quoq. est in quattuor ueterib. exemplarib. bibliothecae Vaticanae, e quib. est unum, quod eā praesefert antiquitatem, ut uetustate cum aliis omnib. scriptis libris comparari posse existimem. *uestemq. manu deduxit:* Huiusmodi gestus ex ipsa arte depromptus est: quodq. maximi est momenti, maximeq. aduersario nocet, atq. in iudicibus commouendis mirandum in modū

ualet.

ualet. De quo Crassus Antonium alloquens II de Oratore: *Quod enim ornamentum, quae uis, qui animus, quae dignitas illi Oratori defuit, qui in caussa peroranda non dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere?* Et Antonius ibidem: *Sensi equidem tum magnopere moueri iudices, cum excitaui maestum ac sordidatum senem, & cum ista feci, quae tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem, cum C. Marius maerorem orationis meae praesens ac sedens multis lacrimis suis adiuuaret: &c.* Huius rei meminit M. Tullius act. II lib. v in Verrem. Quem quidem locum, quia hunc plurimum illustrat, hic recitandum duxi maxime: *Non possum dissimulare, iudices, timeo, ne C. Verres, propter hanc uirtutem eximiam in re militari, omnia, quae fecit, impune fecerit: uenit enim mihi in mentem, in iudicio Man. Aquillij quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonij habuisse existimata sit: qui, ut erat in dicendo non solum sapiens, sed etiam fortis, caussa prope perorata, ipse arripuit Man. Aquillium, constituitq. in conspectu omnium, tunicamq. eius a pectore abscidit, ut cicatrices populus R. iudicesq. adspicerent aduerso corpore exceptas. simul & de illo uulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit: eoq. adduxit eos, qui erant iudicaturi, uehementer ut uererentur, ne quem uirum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi laudem, sed ad iudicum crudelitatem uideretur esse seruatus.* Liuius lib. XLV. *Ego ter & uicies cum hoste per prouocationem pugnaui. Ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli, insigne corpus honestis cicatricibus omnibus aduerso corpore exceptis habeo. Nudasse deinde se dicitur, &, quo quaeque bello uulnera accepta essent, retulisse. Quae dum ostentat, adapertis forte quae uelanda erant, tumor inguinum proximis risum mouit. Tum, hoc quoq. quod ridetis, inquit, in equo dies noctesq. persedendo habeo: nec magis me eius, quam cicatricum harum, pudet, paenitetque: quando numquam mihi impedimento ad rempublicā bene gerendam domi militiaeq. fuit. Ego hoc ferro saepe uexatum corpus uetus miles adolescentibus militibus ostendi: Galba nitens et integrum denudet. -quo Graium murus Achilles.*]

τεῦχος ἀχαιῶν, Moerus Argiuum. Haec Muretus: qui praeclare & ingeniose emendat illud, quod legitur apud Fabium lib. VIII. cap. VI.

Ferro ne, an fato moerus Argiuum occidit.

In uulgatis pessime legitur, *Ferro, an fato metus Argiuum occidit. -nec me lacrimae, luctusq. timorq. tardarunt.*] In uno meo, *Nec me lacrimae, luctusq. dolorq. Me pia detinuit coniux.*] Argumentum a comparatione ductum. *-deprehensus Vlixis Ingenio tamen ille,*] *Ingenio:* Astu: sic Seneca in Troade: *Ingenio est opus. -lenire dolores.*] Hoc Latinissime dicitur. Eodem modo sunt illa Cic. ad Atticum lib. III. *Nam ceteri dolores mitigantur uetustate.* Et ad Brutum: *Iis remediis meum dolorem tu leuasses. -non haec sententia tantum est Fida, sed & felix, cum sit, facit esse fidelem.*] Ineptissime ita legitur in impressis. Tu uero emenda, ut est in duobus Vatic. uno meo, & Caelest. *Sed & felix, cũ sit satis esse fidelem. Te tamen aggrediar, mecumq. reducere nitar: Vtq. tui mihi, sic fiat tibi copia nostri.*] In uet. libris hi uersus & aliter leguntur, & alio ordine collocantur. In quibusdam. *Vtq. tui mihi, sic fiat tibi copia nostri, Te tamen aggrediar longe formidine pulsa.* In uno Vatic. *Longe formidine mersa.* In uno Maffei, *Te tamen aggrediar, nec inultus, spero, relinquar; utq. &c.* Hic autem posterior non legitur in alio Vaticano. Quod facit, ut Mureto assentiar, qui acute & ingeniose iam dixerat, se arbitrari confodendũ esse. In altero Maffei non legitur uersus, qui incipit, *Te tamen.* Hic etiam in meo antiquiore aliena manu repositus est. Statuant eruditiores, & emunctae naris uiri, qui legendum sit. Satis fuit mihi uet. lib. fidem repraesentare. *Quam rapui Phrygiae signum penetrale Mineruae Hostibus e mediis:*] Aliter Dictys Cretensis, cuius haec sunt lib. V. *Praeterea Graeci cognoscunt ab Antenore editum quondam oraculum, Troianis maximo exitio, ciuitatiq. fore, si Palladium, quod in templo Mineruae esset, extra moenia auferretur. Namq. id antiquissimum signum e caelo lapsum, qua tempestate Ilus templum Mineruae extruens, prope summum fastigii peruenerat: ibiq. inter opera tum nondum tegmen superpositum esset, sedem sui occupauisse.* Et, quibusdam interpositis uerbis: *Graeci etiam Palladium ablatum per Antenorem*

docent.

docent. dein ex omnium sententia, reliquus miles rem cognoscit. Ob quae placet uniuersis mitti Mineruae donum quam honoratissimum. Tum accitus ad eam rem Helenus cuncta, quae antea gesta erant, non secus ac si praesens fuisset, ordine exponit: additq. finem iam aduenisse Troianarum rerum. Quippe, quo maxime sustentaretur, summam ciuitatis Palladium fuisse: quo ablato exitium ingruere. Haec ille. Sed mihi uerisimile non fit, credere ut possim Dictem Cretensem, ac Daretem Phrygium, libros, qui eorum uulgo habentur, edidisse. nam multa in ijs leguntur, quae repugnant ueritati. De Palladio nonnulla scribit Dionysius Halicarnasseus libro primo. *-& se mihi comparat Aiax.*] In uno Vatic. *Comparet.* In meo antiq. *Conferat.* *-moenia Troiae.*] Libri uet. *Moenia Troum.* *-tibi turba comes, mihi contigit unus*] *Turba,* & *Vnus* opponuntur. sic prope lib. super. *Populus superamur ab uno. Vnus*: Diomedes. *-casuraq. moenia Troum.*] Ita in utroq. meo. In Caelest. & Vatic. *Moenia Troiae. Per, si quid superest &c.*] Ita uet omnes, & recte. *-& ostendit signum fatale Mineruae.*] Ex poetae persona hoc dicitur. Quo facto, Vlixes maximam spectantibus attulit admirationem, sibiq. pro armis assequendis magnum adiumentum. *Tum patuit.*] In duobus meis, atq. alijs uet *Tunc patuit. -fortisq. uiri tulit arma*] Achillis arma assecutus est. *disertus*] Vlixes eloquens. Alibi: *Non formosus erat, sed erat facundus Vlixes.* Sed Disertus, & Eloquēs inter se differre docet M. Antonius apud Ciceronem in Oratore. *Hectora qui solus, qui ferrum &c.*] περίφρασις Aiacis. *Inuictumq. uirum.*] hoc est, quem alij uincere non potuerunt. Errat Regius, qui aliter est interpretatus *-letalem ensem*] Hic gladius, quo se Aiax interfecit, fuit Hectoris: quem ab eo in certamine accepit, cum mutuis donis se ipsos, quoniam uterq. strenue se gesserat, honestassent. Hector autem ab Aiace balteum accepit, quo ipse, cum circum Troiam traheretur, uinctus est. Qua de re uide Sophoclem in Aiace, ubi loquitur Teucer: & Homerum Iliad. x. *-educere telum.*] Ita legitur in uno Maffei, & meo. In uno Vatic. & meo antiquiore, & Caelest. *Ducere ferrum* Nihil propterea mutandum censeo. Siquidem priore illo modo loquitur qui-

cumq. est auctor ad Herennium: quod mirifice huc facit. *Aiax, inquit, in silua, postquam resciuit quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlixes interuenit, occisum conspicatur, e corpore telum cruentum educit. - rubefactaq. sanguine tellus Purpureum uiridi genuit de cespite florem.*] Exstat apud Ausonium Aiacis epit. quod huc pertinere sum arbitratus.

Aiacis tumulo pariter tegor obruta uirtus
Illacrimans bustis funeris ipsa mei:
Incomptas lacerata comas, quod paruus Atrides
Cedere me structis compulit insidijs.
Iam dabo purpureum claro de sanguine florem,
Testantem gemitu crimina iudicij.

-pueroq. uiroq.] Hyacintho, & Aiaci. *Transierat tandem portu, uotoq. potitus.*] Hic uersus tantum legitur in uno Vatic. in quo est, *Voto portuq. potitus.* Quare in eam eo sententiam, ut expungendum constituam. *Impositaq. fero est.*] Ita in meis. In uno Vatic. *Impositaq. est fero. - Priameia coniux Perdidit infelix hominis post omnia formam.*] Altercantur Grammatici, &, ut ait Flaccus, *adhuc sub iudice lis est*, an *Homo* sit gen. communis. Constantius quidem Fanensis ad locum illum lib. II. *Esse hominem uetat:* omnes reprehendens Grammaticos, negat Hominē esse gen. communis: siquidem cum adiectiuo iunctum non inuenitur. Falso. Est locus Plauti, qui hoc, quidquid est, aperte declarat. cuius haec sunt in Cistellaria: *Nam & intus paueo, & formido foris, ita metus nunc utrobiq. me agitat, illos hominis miserae misereri.* M. Tullius pro A. Cluentio: *Cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem; ea uis, ut nemo feminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit.* Quamquam hoc ambigue dictum uideri potest. *Exiguum senis Priami Iouis ara cruorem Combiberat.*] Senem parum sanguinis habere, naturale est. Ita Seneca in Agamemnone, ubi loquitur Cassandra:

Vidi, uidi senis in iugulo,
Telum Pyrrhi uix exiguo
Sanguine tingui.

Iouis ara: subaudi, Hercei. Vide, quae dixi initio libri superioris. Tangit & hanc rem Tryphiodorus, de Ilij excidio.

cidio. *Priami senis:* sic & alibi: *Hic fecerat Priami regia celsa senis.* Et: *Troia maneret, Praeceptis Priami si foret usa senis.* Propertius: *Et Priami diruta regna senis. -tractisq. comis Antistita Phoebi.*] Hoc est, cum tracta esset comis, id est, capillo. Qui de hoc opere bene meritus est, Ob. Gifanius ex uet. libro, ueluti affirmat, hoc loco legit, *Tractata comis.* Quam lectionem in ijs, quae ego euolui, exemplaribus, non reperi. licet in uno Vatic. sit, *Tractaq.* Quae scriptura lectioni, quam ille repraesentat, proxime accedit. *Mittitur Astyanax illis de turribus,*] Ita superius loquitur: *Est impetus illi Turribus e summis in Gnosia mittere corpus Castra.* Et: *Sacraq. ex arce Mineruae Praecipitem misit. Mittitur Astyanax illis de turribus.*] Calchas apud Senecam in Troade praedixerat, tum Graecos Troia abire posse, cum Astyanax e turri eiectus fuisset. cuius haec sunt:

Turre de summa cadat
Priami nepos Hectoreus, & letum oppetat.
Tum mille uelis impleat classis freta.

Et mox nuncius:

Mactata uirgo est, missus e muris puer.

Ennius: *Hectoris natum de muro iactari.*

Et apud Euripidem ita loquitur Talthybius:

ῥῖψαι δε' πύργων δεῖ σφε Τρωϊκῶν ἄπο.
Praecipitari ipsum oportet de turri.

Et Tryphiodorus:

Ἡ δ' ἐκ νυβιςῆσανδα ἄπιστον ἀπὸ πύργων,
χειρὸς Ὀδυσσῆος ὀλοὸν μέλος ἀθρήσασα
Ἀνδρομάχη, μινύωρον ἐκώκυεν Ἀστυάνακτα.
Ipsa uero praecipitatum de altis turribus
Nam Vlixis miserum filium conspicata
Andromache, paruum lugebat Astyanacta.

Ausonius:

Flos Asiae, tantaq. unus de gente superstes,
Paruulus, Argiuis sed iam de patre timendus,
Hic iaceo Astyanax, Scaeis deiectus ab altis.
Pro dolor. Iliaci, Neptunia moenia, muri.
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

-cui te commisit alendum Clam, Polydore, pater.] Auso-

nius hoc recitat Polydori Epit.

Cede procul tumulo, myrtum fuge nescius hospes :
Telorum seges est sanguine adulta meo.
Confixus iaculis, & ab ipsa caede sepultus,
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Aeneas, & tu, Rex impie, quod me
Thracia poena premit, Troiaq. cura tegit.

-*commisit alendum.*] sic Claud. lib. I. de raptu Proserpinae:

Infidis natam laribus commisit alendam.

Immemoresq. mee disceditis, inquit, Achiui? Obrutaq. est mecum uirtutis gratia nostrae? Ne facite: utq. meum non sit sine honore sepulcrum, Placet Achilleos mactata Polyxena manes.] Qua de re Seneca in persona Talthybij sic ait, ubi Achillis umbra introducitur:

Ite, ite inertes: debitos manibus meis
Afferte honores: soluite ingratas rates
Per nostra ituri maria. non paruo luet
Iras Achillis Graecia. at magno luet.
Desponsa nostri cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.

Ibidem Agamemnon:

Regia ut uirgo occidat,
Tumuloq. dono detur, & cineres riget.

Leges hoc etiam apud Q. Smyrnaeum lib. XIV.

Ausonius de Polyxena:

Troas Achilleo coniuncta Polyxena busto,
Malueram nullo cespite functa tegi.
Non bene discordes tumulos miscetis, Achiui.
Hoc uiolare magis, quam sepelire, fuit.

-*uita gemenda est.*] lugenda, & deflenda. *Illa super terram defecto poplite labens,*] In uno Vatic. *Deflexo poplite.* Quod mihi nō displicet. *Tunc quoq. mi metuendus erat.*] lib. uet. *Nunc quoq. -soli mihi Pergama restant.*] Ita prope alibi: *Vni mihi Pergama restāt. -quo me seruas damnosa senectus?*] Vet. lib. *Annosa senectus?* Probo. Alibi: *Scilicet exiguis prodest annosa senectus. -& uitam pariter, regnumq. reliquit.* Hunc locum imitatus est Seneca in Troade:

Secum excedens sua regna tulit.

Notauit

Notauit hoc Muretus. *-quondam minimus de stirpe uirili, Has datus Ismario regi Polydorus in oras.*] Hunc omnium postremum ex Hecuba Priamus suscepit. Vetus Poeta apud Ciceronem lib. III. de Orat.

Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis.
Ego tum grauida expletis iam fere ad pariendum mensib.
Per idem tempus Polydorũ Hecuba partu postremo parit.

Hoc idem legitur initio Hecubae Euripidis, unde magna pars horum omnium conuersa est. Fuit & alius Polydorus ex eodem Priamo, & Laothoe filia Altae: Auctor Homerus lib. XXI. *-& aduersa figit modo lumina terra.*] Alibi: *Ille pudore Haesit in opposita lumina fixus humo. Colloquiumq. petit:*] Liuius lib. XXXII. *Cum Romanus eum aequum censeret priorem dicere, qui petisset colloquium: &c.* C. Iulius Caesar lib. I. de bello ciuili: *Tandem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquae, ligni, & frumenti inopia, colloquia petunt, &, id si fieri posset, semoto a militibus loco: Expilatq. genis oculos.*] Ita est in meo antiquiore. In altero uero, Vaticano, & Caelest. *Exspoliatq.* Vtrumq. recipi posse arbitror. *-facit ira ualentem.*] In uno meo antiquiore, *Ira potentem. -locus exstat, & ex re Nomen habebat.*] Legitur apud Ausonium hoc Hecubae epitaphium:

Quae Regina fui, quae claro nata Dymante,
Quae Priami coniux, Hectora quae genui:
Hic Hecuba iniectis perii superobruta saxis.
Sed rabies linguae me tamen ulta prius.
Fidite ne regnis, & prole, & stirpe parentum,
Quicumq. hoc nostrum σῆμα κενὸν legitis.

-palluerat, latuitq. in nubibus aether: &c.] Auroram quãtum filii necem doluisse scribit Tryphiodorus de Ilij excidio. Seneca in Troade, huc forte respiciens: *Pariterq. Memnon: cuius ob luctum parens Pallente maestum protulit uultu diem. Occidit a forti (sic Dii uoluistis) Achille.*] Memnonem interfectum esse ab Achille, docet etiam Pindarus oda V Isthmiorum, hisce uerbis: *καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον Μέμνονα χαλκοάραν.* De Memnone, Troianis ope ferente, deq. eius nece, copiose scribit Q. Smyrnaeus lib. II: ubi etiam addit, eius socios in aues esse cõmuta-

tos. *-maternaq. uulnera leni.*] In Vatic. *Pectora leni.* Hoc est, cor: si ita placet legi. *Terq. rogum lustrant, & consonus exit in auras.*] In uno meo legitur, *Et ter sonus exit in auras.* Quod non damno. *-quarto seducunt.*] In Caelestino, *Quarto secedunt. -parentali morte rebellant.*] Alibi: *Sic Memnonis umbras Annua sollemni caede parentat auis.* Vide Aelianum lib. v. cap. 1. de nat. animalium, si de his auibus plura cupis. *-sacra & sacra altera patrem Fert humeris, uenerabile onus Cythereius heros.*] Quidam temere hunc locum ausi sunt mutare: hoc uidelicet modo: *Sacer & sacra altera patrem.* Primum contra omnium lib. uet. fidem: deinde nescierunt ita eum locutum esse alibi:

Iam pius Aeneas sacra, & sacra altera patrem
Afferet, Iliacos accipe Vesta Deos. Et:
Hinc satus Aeneas pietas spectata per ignes:
Sacra, patremq. humeris, altera sacra tulit.

De tantis opibus praedam prius eligit illam, Ascaniumq. suum.] Hoc forte est, quod memoriae prodidit Aelianus lib. III. de uaria historia. Vtar eorum uerbis, qui eū Latine reddiderunt. Ait enim: *Quando captum est Ilium Graeci fortunas eorum, qui uicti erant, miserati, humaniter sane edixerunt: ut quisq. hominū liberorū, quod uellet ex rebus domesticis secum posset auferre. Aeneas igitur, alijs neglectis rebus, Deos patrios abstulit. Laetati uero Graeci hominis pietate, iterum illi idem concesserunt. Ille uero patrem in humeros sublatum abstulit. Id autem Graeci multo magis admirati, ab omnibus eius rebus domesticis abstinuerunt, affirmantes eos, qui natura sunt crudeles, mites tamen erga illos fieri, qui Deos, & parentes uenerantur. -fibris de more crematis.*] In uno meo, *De more refectis Imperat Argolicam caelesti munere gentem.*] In uno meo, & duobus Vatic. *Munere classem.* Quae uera lectio est. *-in uolucres niueas &c.*] Ita legendum, cūm s. lib. auctoribus, tū ratione. *Craterē Aeneae.*] In uno meo, & Vatic. *Cratera.* Quod magis placet uiris doctis, qui hic sunt: a quibus ego non dissentio. *Hospes ab Haemonijs.*] In meo antiquiore, & duobus Vatic. *Ab Aonijs.* In altero meo, Ab Ionijs. *Ab origine Thebis.*] Quidam uet. *Ab origine. Hactenus antiquo signis fulgentibus aere,*

aere, Summus inaurato crater erat asper Acantho.] Acanthus, de quo apud Poetas sermo est, quid sit, a nemine, quod sciam, usq. huc pro rei dignitate animaduersum est. Ioannes Maria Iouius, Camers, uir & ingeniosus, & optimarum artium studijs eruditus, Acanthum, quo de agitur, esse ait, quem Smilacem asperam Dioscorides uocat. Plinius cap. & lib. XXII. Acanthi descriptionem, ut mox ostendam, mancam & alienam scriptam reliquit. Cuius haec sunt: *Acanthos est topiaria, et urbana herba, elato longoq. folio, crepidines marginum, assurgentium puluinorum toros uestiens. Duo genera eius sunt, aculeatum & crispum, quod breuius: alterum lene: quod aliqui paederosa uocant: alij Melamphyllum.* Seruius ita scribit: *Acanthus arbor est in Aegypto, semper frondens, ut oliua, laurus: Acanthos dicta, quia spinis plena est. Abundat hac etiam Circina insula.* Idem: *Acanthus est herba, quae in Aegypto nascitur.* Idem: *Acanthus est genus uirgulti flexuosum.* Ex quo apparet, Seruium sibi non constare. Etenim semel dicit, Acanthum esse arborem, deinde herbam, rursus genus uirgulti flexuosum. In Plinij illis, quae citaui, uerbis, duo praecipua sunt, nisi me animus fallit, quae ad ueram, perfectamq. Acanthi descriptionem desiderantur. Alterum, cum ait, Acāthum esse herbam: alterum uero, quod de fructu ne uerbum quidem fecit. Cetera, ut opinor, scite. Sed fortasse credibile est, Plinium Acanthum non uidisse, sed ab alijs, ut eius erat mos, accepisse. Puto ego Acanthum potius inter fructices, quam inter herbas, locum posse habere. Nascitur in locis apricis, uel urbanis, uel siluestribus, & arbori, parietique, ut fere edera, adhaeret: habetq. folia instar ederae, sed angustiora; aculeos uel spina in trunco siue calamo; capreolos, ut uites; flores candidos paene ut ligustrum: fructum croceum, rutilumque, qui in racemo continetur. In eius bacis paruulis unus nucleus, in mediocribus bini, in grandioribus ad summum terni reperiuntur; qui satis duri sunt; habetq. hilū fere ut faba, aliaue leguniina. Sed roget quis, haec unde colligis? Respondeo, me hisce oculis uidisse. Nā Iouius Idib. Septemb. ad templi Pacis parietinas me deduxit. Vbi Acanthum inuenimus, est enim

ibi non minima copia, & collegimus una cum racemis croceis, siue rutilis (uterq. enim color in illis est) & collectum domum retulimus. Deinde omnia, quae in Acantho animaduertenda uidebantur, ipse, quam diligentissime potui, perpendi. Habes, qui me rogasti, unde ea collegerim. Sed tempus est, ut iam ad epitheta, quae a Poetis Acantho tribuuntur, mea se conuertat oratio: quae me praecipue ad hanc rē impulerunt. Virg. I. Aeneid.

Et circumtextum croceo uelamen Acantho.

Quod ad fructum referri debet. Illud eiusdem,

Mistaq. ridenti Colocasia fundet Acantho.

Recte exponit Seruius, *id est, laeto*. Quoniam, cum florescit, spectantibus quandam affert hilaritatem. sic etiā dicuntur *Prata ridere*. Epitheta *Flexus*, & *Molis*. quae in duobus his eiusdem Poetae uersibus sunt,

aut flexi tacuissem uimen Acanthi.

Illa comam mollis iam tum tendebat Acanthi.

Ad id referri debent, quod, quo quis uult, contorquetur, flectitur, ac porrigitur. Quo sensu *Ceram Mollem* uenuste dixit Plinius Iunior:

Vt laus est cerae mollis, cadensq. sequatur.

Illud Lactantij, modo eius sit elegia illa, ad flores. olent enim paene, ut illi Ligustri:

Nec casiae mitis, nec olentis uimen Acanthi.

Illud Calpurnij, ad fructum, qui, cum maturus & recens est, fulgorem quendam, tamquam corollium, emittere uidetur:

Quam modo cantantem rutilo spargebat Acantho.

Illud praeterea Virgilij, ad frondes: *Et bacas semper frondentis Acanthi.* Nam semper uirent, & numquam arescunt· quod etiam Poeta manifeste indicat epitheto *Semper frondentis*. Sed, an Acanthus arbor sit in Aegypto, Seruius uiderit, quando mihi non licet. Certe quidem ex illo Virgilij, *aut flexi tacuissem uimen Acanthi:* & ex illo, quod posui, Lactantii, qui res, quae in Aegypto sunt. describit, arborem non esse perspicue cognoscitur. Si quis Acanthi, de quo locutus sum, imaginem uelit inspicere, inueniat lib. VI. cap. CXXXIX. Smilacis asperae Dioscoridis, quam Matthiolus, qui de Acantho ambigue

bique uerba fecit, imprimendam curauit. Ouidius autem *Inauratum* Acanthum dixit, non quod proprie, ueteq. conueniat Acantho epitheton *Inauratus:* sed quod in aurato cratere Acanthus erat insculptus. Haec omnia cum ita descripsissem, Mureto praebui legenda: quibus lectis, censuit me recte facturum, si fratrem Euangelistā Quatrhamum Eugubinum ordinis S. Augustini, cui hortorum Estensium in colle Quirinali cura commissa est, conuenissem; ut super hac re eius opinionem cognoscerem: est enim omnium stirpium intelligentissimus. Itaque, Mureti probato consilio, eum conueni: a quo petij, quinam esset Acanthus, de quo Virgilius loquitur. Respondit, esse smilacem asperam: deinde uersus omnes eiusdem Poetae, in quibus Acanthi mentio est, item uerba Plinij memoriter dixit. Is postea, quae a me de Acātho scripta erant, ualde probauit. Quae probari etiā intelligo magni nominis uiris, nostraeq. Italiae ornamentis, ac luminibus clarissimis, Vlixi Aldrouando, Io. Angelo Papio, Carolo Sigonio, & Pompilio Amasaeo. Illud testari superest, magnam Acanthi copiam reperiri in uinea Ludouici Lantis Patricij R. quae Aureliam portam attingit: & in agris circa Vrbem, & quidem fere passim. Hoc accepi ex Augustino Lante Patricio Pisano, & ex Ioanne Baptista Baldino Ferrariensi, uiris ea morum suauitate, eaq. uitae & religionis integritate praeditis, ut nihil amabilius dici possit: Item in hortis Cardinalis Estēsis, quorū proxime facta est mētio. Huius rei testis est Camillus Colantonius, ciuis meus, iuris studiosus, qui, cū ego, ut iā dixi, ad Quatrhamum adij, una mecū uenit: ubi & Acanthum uidimus, & collegimus. *Ferre diu nequiere luem*] Libri uet. *Iouem*, non, *Luem*. Quod libentius sequor. *Ithacamq.*] Ithaca fuit Vlixis patria, quae, ut ait Tibullus, fuit parua Vrbs. Eius uerba, quibus hoc docetur, sunt.

Non Pylos, aut Ithace tantos genuisse feruntur,
Nestora, uel paruae magnum decus Vrbis Vlixem.

Quod quidem uerisimile uidetur, & facile apparet ex M. Tullio, qui eam *Nidulum uocat*. Eius uerba sunt lib. 1. de Orat. *Ac, si nos, id quod maxime debet, nostra patria*

dele-

delectat, cuius rei tanta est uis, ac tota natura, ut Ithacā illā in asperrimis saxulis tamquā nidulum affixam, sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Rursus deregitur eam collo catam fuisse in saxis: atq. hoc uidetur annuisse Seneca in Troade, his uerbis: *Et nocens saxis Ithace dolosis.* & *-regnum fallacis Vlixei,*] Si memoria teneo, ita legit Priscianus. at lib. uet. *Vlixis. Praeter erant uecti*] Sic meus antiquior. Alij ad unum, *Praetereunt. - intrant Sicaniam, tribus haec excurrit in aequora linguis.*] Hoc idem dixit alijs uerbis lib. IV. Fast.

Terra tribus scopulis uastum procurrit in aequor
Trinacris, a positu nomen adepta loci.

-est uersa Pachinos ad austros.] Ita est in utroque meo. itaque legendum *-Boreamq. Peloros.*] *Boreas*, id est, Aquilo, qui, ut ait Nonius, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit, & procellosus. Sed aliter Eustathius, qui putat dictum, eo quod τὴν βορὰν, id est alimoniam, nobis praebeat, frugibus ad maturitatem suo flatu perductis. Notauit hoc Parrhasius. *-& remis aestuq. secundo:*] In duobus meis, & Caelest. *Remisq. aestuq. secundo, Virginis ora gerens,*] Caelest. *Ora ferens. Cui dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur referens suspiria dictis.*] In utroq. meo, & Vatic. *Quam, dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur. Et spectare feros in aqua, & componere uultus.*] Hoc est, quod mox dicit: *Liquidaq. in imagine uidi Nuper aquae. Cui, postquam pinus, baculi quae praebuit usum.*] Virgilius lib. III. Aeneid.

Trunca manum pinus regit, & uestigia firmat.

Candidior folio niuei Galatea ligustri,] Ligustrum non est, ut hic falso ait Regius, genus uiolae: sed uirgultorum, flores habens candidissimos, quibus arefactis, fructum emittit subnigrum; sed maturum accipio. Hoc igitur loco debemus *Niuei ligustri*, ad florum candorem referre. Vide, si tibi erit commodum, Ianū Parrhasium in Claudianum libro II. de raptu Proserpinae: qui hanc rem primum, quod sciam, diligentissime, eruditissimeque descripsit. *Arbutei fetus.*] Ita in meo antiquiore, & Vatic. In alijs quibusdam, *Arborei fetus.* Illud magis placet. Non enim Poeta agit de genere, sed de specie. *Vt uix*

nix sustineant.] In duobus meis, *Vt uix circumeant.* rationem ab aliis redditam esse, ut ita legatur, non ignoramus. *Lac mihi semper adest niueum,*] Virgilius Ecl. 2.

Lac mihi non aestate nouum, non frigore desit.

Vterq. locus sumptus est ex Idylio XI. Theocriti: τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ οὐ χειμῶνος ἄκρῳ.

Inueni geminos, qui tecum ludere possint Inter se similes, uix ut dignoscere possis, Villosae catulos summis in mõtibus Vrsae] Quattuor ponit Theocri. eodẽ loco: καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. Ex quo hic noster, licet nõ nihil discrepet, ui detur multa accepisse. *Inter se similes:* Videtur, *Ita*, siue *Adeo*, Subaudiendũ. *Nec mea quod duris horrent densissima setis Corpora, turpe puto: turpis sine frondibus arbor: Turpis equus: nisi colla iubae flauentia uelent: Pluma tegit uolucres: ouibus sua lana decori est, &c.*] Alibi:

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus:
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar Ingentis clypei.] De quo sic Virgilius in eo, quem proxime citaui, libro:

& telo terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clipei, aut Phoebeae lampadis instar.

Theocritus, loco superius citato:

Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι. & ibidem:
καὶ τὸν ἕν ὀφθαλμόν.

Hesiodus in Theogonia, de alio Cyclope:

Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.

-te uereor.] In duobus meis, & Caelest. *Te ueneror.* -*& notis saltibus errat:*] In Vatic. *Et notis montibus.* Illud magis probo. -*tum moles tacta dehiscit.*] In utroq. meo, & eodem Vatic. *Tracta dehiscit.* -*dum lina madentia sicco.*] Sic omnes libri scripti. Alii inepte legunt, *Manantia. Obstupui, dubitoq. diu.*]In Vatic. & meis, *Obstupui, dubiusq. fuit* -*diuersis lapsi de partibus amnes,*] In eodem Vatic. *De mõtibus.* In antiquiore meo, *De fontibus. Quae postquam redeunt,*] Sic o. s. libri. *Ac fueram nuper,*] Vnus liber meus, & duo Vatic. *Quam fueram.* Recte utroq. modo.

HERCV-

HERCVLIS . CIOFANI SVLMONENSIS IN . P . OVIDII . NASONIS METAMORPHOSEOS LIB. XIV

Obseruationes.



VIS usus aratri.] In duobus Vatic. duobus meis, *Quid usus aratri*. In alio Vatic. *Quid usus equorum. -tumidarum cultor aquarum:*] In uno Vatic. legitur *Liquidarum*, non *Tumidarum*. Nihil tamen muto. *-Tyrrhena per aequora uectus*,] Ita aperte est in meis. In duob. Vatic. *Per aequora lapsus. Diua Dei miserere*,] In ijsdem Vatic. atq. uno meo est, *Diua mei miserare*. Quod magis placet, ne Glaucus se iactet. *Neue mei non nota tibi sit caussa furoris*.] In uno Vatic. *Caussa doloris. -siue expugnatior herba est*.] In meo antiquiore, *Expugnantior herba est*. *Fineq. nil opus est*.] In eodem meo, & Caelest. *Hoc mihi nil opus est. -partem ferat illa caloris*.] In Caelest. & uno Vatic. *Illa doloris. -neq. enim flammis habet aptius ulla Talibus ingenium*.] Sic est in meo uetustiore. In altero uero, duobus Vatic. & Caelest. legitur, *Neq. enim flammis altius ulla*. Quae lectio haud plane est inconcinna. *-seu caussa est huius in ipsa*.] In uno Vatic. *Eius in ipsa. -ultro poteras, certeq. rogari*.] Ita est in duobus meis, & quidem recte. In uno Vatic. *Vtroq. potes*. quod non admodum probo. *-adsitq. tuae fiducia forma*.] Ita uet. Alii non satis recte, opinor, legunt, *Adsitq. meae. -nitidi cum filia Solis*.] In Caelest. *Nitidi quoq. filia Solis*. Nihil tamen muto, propter uerba superiora. *Carmine cum tantum, tantum quoq. gramine possim*,] Omnes libri scripti, *Quantum quoq. gramine possim. - prius inquit in aequore frondes, Glaucus & in summis* nascen-

nascentur montibus algae.] Ita prope Virgilius:

Ante leues ergo pascentur in aethere Cerui,
Et freta destituent nudos in litore pisces.

-*pabula succis,*] In tribus Vatic. & Caelest. *Gramina sue cis.* -*ut solida ponit uestigia terra.*] Vnus Vatic. & Caelestinus habent, *Vt solida posuit uestigia terra.* Quam lectionem multo meliorem, ac ueriorem arbitror. *Vt* enim, hoc loco necesse est, significet, postquam: & uerbum *Decurrit*, quod est in sequenti carmine, praeteritum uidetur. Atq; ita optimus sensus est. Alio modo nō item. -*portentificisq. uenenis.*] In Vatic. *Portentiferisq. uenenis.* -*hic fusos latices radice nocenti Spargit:*] omnes libri scripti, *Hic pressos latices.* -*mediaq. tenus descenderat aluo.*] In uno meo, *Pontumq. subit media tenus aluo.*-*scopulum quoq. nauita uitat.*] In duobus Vatic. & Caelest. *Saxum quoque* &c. *Non bene dissidium Phrygij latura mariti Sidonis.*] In ueteribus omnibus *Discidium* per s. &c. quod uiri docti, ex fide, & auctoritate librorum scriptorum, ita excudendum esse iampridem litteris consignarunt. A quibus ipse non dissentio, probantibus id, ut dixi, ueteribus exēplaribus. *Discidium* uero a Discindo uenit; ualetq. inuitum discessum, qui inter amicos, & propinquos fit: ut hoc loco. Sic & Catullus de Coma Beronices:

Sed fratris cari flebile discidium.

Tibullus lib. I. eleg. v.

Asper eram, & bene discidium me ferre loquebar.

Et M. Tullius lib. 4. ep. I. ad Att. *Cognoram enim te acerbissime discidium nostrum tulisse.* Idem pro domo: *Defleui coniugis miserae discidium.* Idem in Laelio: *Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum discidia fiant.* Sic habent duo libri scripti. *Non bene:* Aegre, acerbe. -*inq. pyra sacri sub imagine facta Incubuit ferro.*] De hoc III. Fast.

Arserat Aeneae Dido miserabilis igne,
Arserat exstructis in sua fata rogis.
Compositisq. cinis, tumuliq. in marmore carmen,
Hoc breue, quod moriens ipsa reliquit, erat.
Praebuit Aeneas, & caussam mortis, & ensem:
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Haec duo postrema carmina repetit, uel potius dixerat,

rat, in epistola, quam ad Aeneam Didonem finxit missse. Hac de re uide Iustinum lib. XVIII. *Ad sedes Eryc is,*] In uno Vatic. *Ad sedes Circes.* Nihil muto. Ab Eryce deriuatur Erycinus. Vnde Venus dicta est Erycina, cuius templum, ut scribit Trãquillus, in Sicilia uetustate collapsum, ut ex aerario P. Romani reficeretur, D. Claudius Caesar auctor fuit. *-fidumq. relatus Acesten Sacrificat, tumulumq. sui genitoris honorat.*] Hac de re satis multa litteris mandauit Virgilius lib. v. Aeneid. *Acheloidum que reliquit,*] Lege, ex fide meorum librorum, atq. aliorum quorundam, *Acheloiadumq. -naresq. a fronte remissas Consulit.*] Ita est in quibusdam uulgatis libris, male, ut opinor. In ueteribus uero, *Naresq. a fronte remissas Contudit. -& Parthenopeia dextra Moenia deseruit, laeua de parte canori Aeolidae tumulum.*] Ita locutus est lib. septimo.

Aeoliam Phitanen a laeua parte reliquit Et octauo:

-& iam Iunonia laeua

Parte Samos fuerat, Delosque, Parosq. relictae.

Et rursus alibi:

Nam, procul Illyricis laeua de parte relictis,

Interdicta mihi cernitur Italia.

Et quarto Fast.

Tunc laeua Creten dextra Pelopeidas undas

Deserit.

Ab his omnibus loquendi modis, non admodum abest C. Iulius Caesar lib. v. de bello Gallico. cuius haec sunt: *Caesar, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit. -cuius Dextera per ferrũ est, pietas spectata per ignes.*] Alibi:

Hinc satus Aeneas pietas spectata per ignes. Et:

Cum foret Aeneae ceruix subiecta parenti,

Dicitur ipsa uiro flamma dedisse uiam. Et:

An magis hunc morem pietas Aeneia fecit,

Innocuum uicto cui dedit ignis iter? Et infra:

Dij, precor, Aeneae comites, quibus ensis & ignis

Cesserunt. Statius lib. III. Siluarum.

Felix cui magna patrem ceruice uehenti

Sacra Micenaeae patuit reuerentia flammae.

Inuia uirtuti nulla est uia.] Alibi:

Difficile

Difficile est, fateor, sed tendit in ardua uirtus.

Silius:

Ardua uirtutem profert uia.

Seneca:

Sed locum uirtus habet inter astra.

Idem:

Virtus in astra tendit, in morte timor.

Paruit Aeneas: & formidabilis Orci Vidit opes, atauosq. suos, umbramq. senilem Magnanimi Anchisae.] Hac de re copiose scribit Virgilius lib. VI. *Vmbramque senilem.* In Caelest. *Vultumq. senilem. Cum duce Cumaea fallit sermone laborem.*] In uno meo est, *Mollit sermone laborem.* Huc ui detur pertinere illud Publij, quod legitur apud Agelliū lib. XVII. cap. XIV. & apud Macrob. lib. II. Sat. cap. VII.

Comes facundus in uia pro uehiculo est.

Et illud Varronis Pransoparato: *Luna exspectante Adria se itiner longum sermone leuare. -meq; fatebor Muneris esse tui.*] Ita aperte legitur in uno meo. Ast in alijs omnibus, *Me que fatebor Munus habere tuum.* Illam meliorem puto. *pulueris hausti.*] Sic Statius:

Ille magis crebro dum lumina pulueris haustu
Obruit.

Sedibus Euboicam emersit in urbem Troius Aeneas.] In quibusdam uet. *Emergit,* non *Emersit. Desertum quondam &c.*] Ita libri scripti. uulgati quidam, *Desertumq. olim. -barbara prora.*] nauis Troiana. *-Graium*] Achaemeniden. *-concreto tegmine.*] Duo lib. mei, atq. unus Vatic. habent, *Conserto tegmine. Haec mihi si potior domus est.*] Pleriq. uet. lib. *Ni potior. -si non timor abstulit omnem Sensum.*] libri scripti, *Nisi quod timor. -uester quoq. clamor Vlyssis.*] In duobus meis, *Vestri quoq. clamor, Vlixis* per i Latinum & x, quod magis probo. Testatur Plutarchus, Romanos, *Vlixes,* non *Vlysses,* scripsisse. Quo modo perpetuo scriptum est in uet. lib. *-uidi cum monte reuulsum Immanem scopulum*] libri scripti, *-Vidi cum a monte reuulsum, &* reliqua. Quod aliquanto rectius suspicor. Nam superius eodem modo locutus est: *Saxumq. e monte reuulsum Mittere conatur.* Et: *Partemq. e monte reuulsum Mittit. Vt uero fuga nos ab acerba morte reduxit,*] In duobus Vatic. *Ab acer*

ba

ba morte remouit. Crudelesq. manus, & inanem luminis orbem, Membraq. &c.] In ijsdem libris, atq. in meo antiquiore, haec duo carmina ita collocata sunt:

Membraq. & humano concretam sanguine barbam

Crudelesq. manus, & quae sequuntur. Res, ut mihi uidetur, parui momenti. *Mors erat ante oculos,*] Hoc hemistichio alibi quoq. usus est:

Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat.

Et Lucanus ab ipso id accepit, cuius haec sunt lib. IX. *Sed tristior illa Mors erat ante oculos. -minimumq. tamen ipsa doloris.*] In duobus Vatic. *Illa malorum*. In uno meo est, *Minimumq. habet ipsa doloris. Me tremor inuasit.*] Cicero: *Mirus furor inuasit improbos*. Sallustius: *Adherbalem, omnesque, qui sub Micipsae imperio fuerant, metus inuadit.* Alio modo loquitur Liuius lib. XXXVII. ubi est: *Timor incessit Liuium. -cupidusq. moriri,*] Sic legitur in uno meo: in altero, ac duobus Vatic. *Cupiensq. moriri*. *Moriri autem* dixit, ex quarta coniugatione. Sic Plautus in Vidularia: *Malim moriri meos, quam mendicarier.* Pomponius in Arista: *Noli quaeso irascere. More fit, moriri suam quisq. uxorem ut uelit.* Rursum Plautus in Rud. *-certum est moriri, quam hunc pati Lenonem in me grassari. Hanc procul adspexi.*] Ita legendum, ex uet. libris: non autem, ut quidam uolunt, *Haud procul. Orauiq. fugam gestu.*] In uno meo, *Orauiq. fugam gemitu.* sed supra adscripta est glossa, *Vel, gestu. Graiumq. ratis Troiana recepit.*] Achaemeniden significat, ut supra notaui. Qua de re sic quoq. alibi:

Puppis Achaemeniden, Graium Troiana recepit.

Et rursus alibi ait, maximo timore, quod uerisimile est, affectum esse Achaemenidem, cum uidisset Troianorum nauem:

Qualis Achaemenides, Sicula desertus in ora,
Troica cum uidit uela uenire, fuit.

Aeolon ille refert. In uno meo, *Ipse refert. -praedaeq. cupidine uictos.*] In duobus Vatic. & Caelest. *Cupidine captos. Ora cruore suo.*] In uno meo, *Membra cruore suo. -& saxa, trabesq. Conijciunt.*] In Caelest. *Trabesq. concutiunt. -ipsumq. uehebat Vlyssem*] in eodem lib. *Ferebat Vlyxem*

xem. *Fugit: & amissa &c.*] Emenda, ex script. omnibus, *Effugit amissa*. Sed in uno meo legitur, *Effugit, emissa*. *Ire negabamus, uel tecta ignota subire.*] In duobus meis, *Sed tecta ignota subire*. Alii perperam legunt, *Et tecta*. *-nimij Elpenora uini:*] lib. uet. *Elphenora*. *-blandas mouere per aera caudas,*] Exprimit Leonum naturam. *Nostraq. adulantes comitant uestigia.*] Ita uet. libri. Alii foedissime legunt, *Nosq. alludentes comitant uestigia. comitant:* Archaismos, inquit Regius. *Comitatur* enim nunc dicimus. Haec ille. Quasi uero dici non posset, *Comitant*. Melius, & rectius forte, si dixisset, *Comito*, non ita esse in usu frequentiore, ut *Comitor*. Comito tamen alibi etiam usurpauit:

Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad undas. Et:
Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Et:
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem. Et:
Funera non potui comitare, nec ungere corpus.

Et lib. VIII. *Ac nostros comitate gradus.*

Propertius lib. II.

Quod si uera meae comitarem castra puellae,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.

Sic Virgilius usus est uerbo Populo:

Populatq. ingentem farris aceruum.

Et aliis alii auctores. Ex quo facile apparet, unũquemque, si contigerit, eo uerbo uti posse in carmine conscribendo. *-Sedet illa*] Circes. *Sublimi solio*] In duob. meis legitur, *Sollemni solio*. *-& cum lacte coagula passo:*] In Caelestino, *Coagula presso*. *-Dea dira capillos.*] In uno Vatic. *Dea saeua capillos*. *Nec iam posse queri,*] Ita in meis. In Vatic. & Caelest. *Nec iam posse loqui*. *Ille domus Circes.*] Emenda, ex fide duorum Vatic. meorumque, *Ille domum Circes*. *-& stricto pauidam deterruit ense*. In uno Vatic. *Et stricto pauefactam terruit ense*. Nihil tamen muto. *-& subiuncta lacertis Brachia sunt.*] lib. ueteres, *Et subiecta lacertis*. Eleganter autem & scite distinguit *Brachia* a *Lacertis*. Ita Q. Curtius lib. IX. *Lacerti quoque, & brachia margaritis ornata erant*. *-flentem flentes complectimur illum:*] uet. libri, *Amplectimur illum. flentem flentes*. Alibi:

Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas usq. cadente genas.

[illegible] *[illegible], & tamen luminis o-[illegible]* [illegible]] In [illegible] libris, atq. in meo an-[illegible] [illegible] carmina ut collocata sunt:

[illegible] & [illegible] sanguine barbam

[illegible] & quae sequuntur. Res, ut mihi [illegible] *[illegible],*] Hoc he-[illegible] [illegible] est:

[illegible], & quem Lucina negabat.

[illegible] cuius haec sunt lib. IX. *[illegible] ip-* [illegible] *[illegible].* In uno meo [illegible] *Ne [illegible]:*] Ci-[illegible]. Sallustius: *Adherba* *[illegible] fuerant, metus inua-* [illegible] Liuius lib. XXVII. ubi est: *[illegible] morti,*] Sic legitur in [illegible] *[illegible] morti.* [illegible] emendatione. Sic Plau-[illegible]: *[illegible], quam mendicarier.* [illegible]: *[illegible]. Mors sit, mori* [illegible]. Rursum Plautus in *Rud.* [illegible] *[illegible] me grassari.* *[illegible]*] Ita legendum, ex uet. libris: non [illegible] *[illegible] fugam ge* [illegible] sed supra ad-[illegible] *[illegible] Troiana rece-pit.*] Achaemenidem significat, ut supra notaui. Qu [illegible]

[illegible], Graium Troiana recepit.

[illegible] timore, quod uerisimile est, affectum esse Achaemenidem, cum uid[illegible] [illegible]:

Qualis Achaemenides, [illegible]

[illegible]

[illegible]] In [illegible]

[illegible]

xem. *Fugit: & amissa &c.*] Emenda, ex script. omnibus, *Effugit amissa.* Sed in uno meo legitur, *Effugit, emissa.* *Ire negabamus, uel tecta ignota subire.*] In duobus meis, *Sed tecta ignota subire.* Alii perperam legunt, *Et tecta.* -*nimij Elpenora uini:*] lib. uet. *Elphenora.* -*blandas mouere per aera caudas,*] Exprimit Leonum naturam. *Nostraq. adulantes comitant uestigia.*] Ita uet. libri. Alii foedissime legunt, *Nosq. alludentes comitant uestigia. comitant:* Archaismos, inquit Regius. *Comitatur* enim nunc dicimus. Haec ille. Quasi uero dici non posset, *Comitant.* Melius, & rectius forte, si dixisset, *Comito*, non ita esse in usu frequentiore, ut *Comitor.* Comito tamen alibi etiam usurpauit:

Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad undas. Et:
Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Et:
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem. Et:
Funera non potui comitare, nec ungere corpus.

Et lib. VIII. *Ac nostros comitate gradus.*

Propertius lib. II.

Quod si uera meae comitarem castra puellae,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.

Sic Virgilius usus est uerbo Populo:

Populatq. ingentem farris aceruum

Et aliis alii auctores. Ex quo facile apparet, uniquemque, si contigerit, eo uerbo uti posse in carmine conscribendo. -*Sedet illa*] Circes. *Sublimi solio*] In duob. meis legitur, *Sollemni solio.* -*& cum lacte coagula passo:*] In Caelestino, *Coagula presso.* -*Dea dira capillos.*] In uno Vatic. *Dea saeua capillos. Nec iam posse queri,*] Ita in meis. In Vatic. & Caelest. *Nec iam posse loqui. Ille d*[illegible]*irces.*] Emenda, ex fide duorum Vatic. meorum [illegible] *mum Circes.* -*& stricto pa*[illegible]*is ense*[illegible]*t. Et stricto pa*[illegible]*l t*[illegible] *& subiuncta* [illegible]*lacertis.* Ele[illegible]*acertis.* Ita Q. [illegible]*argaritis orna*[illegible]uet. libri. [illegible]

[illegible]*enebas,*
[illegible]*as.*

Ita has dictiones coniunxit M. Tullius pro Flacco: *Cũ ego*, inquit, *te, Flacce, caelum, noctemq. contestans, flens flentem obtestabar*. Et alibi: *Non enim uidistis fratrem tuum, non eum, quem reliqueras: non eum, quem noras: nõ eum, quem flens flentem, prosequentem proficiscens dimiseras &c. -licet ipse decorem Adspicias.*] In utroq. meo est, *Licet ipse colorem. Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnã.*] Quidam alij impressi, *Graios edere pugnam*. uet. autem libri. *Graia quater edere pugna*. Quod sequendum mihi uidetur: *-& opacae Farfarus undae.*] In uno meo, *Farfarus umbrae. Quaeq. colunt Scythiae &c.*] In eodem meo, *Quasq. tenent Scythiae. -laeuaq. hastilia bina gerebat:*] libri mei, & Caelest. *Bina ferebat. -chlamydem comprensus ab auro.*] In uno meo, *Contractus ab auro. fuluo auro:*] proprie dixit: Et mox: *Et fuluo ceruix praecingitur auro*. Et alibi:

Scilicet, ut fuluum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspicienda fides.

-cecidere manu, quas legerat herbas:] lib. mei, ac nonnulli alij, *Cecidere manu, quas legerat, herbae:* quod opinor rectius, etsi illud potest esse simile illi Terentij: *Populo ut placerent, quas fecißet, fabulas. Concipit illa preces, & uerba precantia dixit.*] liber Caelestinus, & unus meus, *Verba ue nefica dixit*. Sed alibi, *Et dixit precantia uerba*: qui uersus non admodum alienus est ab eo, qui legitur in impressis. est enim supra lib. 2.

Neue preces animos, & uerba precantia flectant.

-precesq. repellit] In utroq. meo, & Vatic. *Precesq. reliquit. -& teneat per longum comprecor aeuum*] In uno meo, *Deprecor aeuum. Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.*] Huc sane facit, quod annotauit Lutatius, exponẽs illud Statii v. Theb. *Quater axe sereno Intonuit*. Vbi ait: *De numero tonitruum ratio est: Nam omnis impar numerus prospera significat, & uiuis adscribitur: id uero quod par est, contra infectum et mortuis datur; genuinus uero, idest, par, quod ergo nihil agit, defunctorum est. Vt Virg. Numero deus impare gaudet. Et ubi quae mortuis geminum, hoc est parem adscribit numerum, uel dualem quattuor tauros inferis mactat, ideo hic quatter, quia aduersum tonat, & nitide obseruauit, ut seniores eo tempore dinoscerentur a sole, ut par numerus, qui est uiuis*

contra-

contrarius poneretur. Dicitur autem hic impar numerus a Pythagora repertus, & masculinae uirtutis, & deorum superum propter trinam regulam diuinae rationis. Ergo huiusmodi signa contigerant, ut quater ipso in limine portae substitit, atque utero sonitum quater arma dedere. Nam occulte Virgilius de numero coactus equi infernam, infaustamq. rem idest mortem pronunciari praedicabat. Haec ille interpres eruditus. *-noctisq. deos Ereboq. Chaoq. conuocat.*] Quidam, contra omnium ueterum librorum fidem, legunt, *Erebonque, Chaonque.* Ego nihil muto. Nam sensus optimus est. *-& longis Hecaten ululatibus orat.*] In duobus Vatic. *Et magnis Hecaten. Sparsaq. sanguineis rubuerũt pabula guttis.*] In uno meo, & Caeleſt. *Maduerunt,* non, *Rubuerũt,* legitur, sed in eodem Caeleſt. & Vatic. est, *Gramina guttis. Et lapides nisi mugitus edere raucos,*] In uno Vatic. *Et lapides uisi gemitus sunt edere raucos.* Illud rectius uidetur. *-illa pauentum*] In meo antiquiore, *Illa clientum. Presserat occiduus Tartessia litora Phoebus.*] In Caeleſt. *Sparserat occiduus Rephasia &c.* In eodem meo, *Rephesia.* In altero uero, *Cartesia litora.* Hoc postremum recipi potest. Cartesius autem deducitur a Carteia; quae, teste Ptolemaeo lib. 2. cap. 4. est urbs Hispaniae Baeticae. Tartessus, & Carteia, idem esse uolunt, illa Graece Tartessus, haec Carteia Latine dicitur. Carteiae situm ita describit Liuius lib. XXVIII. *Cum haec, inquit, ad Baetim fluuium geruntur, Laelius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs in ea ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis pãditur mare.* Vide etiam Cõmentarium politissimi, atq. eruditissimi uiri, Paulli Manutij, Epistola XXXXIII. lib. XII. ad Atticum, meminit & Silius lib. III. & XIII. Rephasia uero, & Rephesia, unde ueniant, & quid sibi uelint, fateor me ingenue ignorare. *-& in gelida ponentem corpora ripa.*] In Caeleſt. *Corpora terra. -ut olim Carmina iam moriens canit exsequialia Cygnus.*] Mart. *Cantator Cygnus funeris ipse sui,* & ipse lib. V. Trist. *Vtq. iacens ripa deflere Caystrius ales, Dicitur ore suam deficiente necem.* Vide Aelianum lib. 2. c. 32. de nat. animalium. *Luctibus extremum tenues liquefacta medullas Tabuit.*] In meo, & Caeleſtino. *Luctibus extremis. -Aeneia nutrix.*] Seruius, explanans illud Virg. *Tu quoque*

litoribus nostris Aencia nutrix, ait: *Alij Aeneae, alij Creusae, alij Ascanij nutricem uolūt. Lectum tamen est in Philologis in hoc loco classem Troianorum casu concrematam. Vnde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. notae pietatis*] *notae*: singularis, insignis, eximiae. -*profugi Diomedis ad urbem Venerat*.] In meo, *Vrbes*, numero multitudinis. In Vatic. *Ad arces*. -*ille quidem sub Iapyge maxima Dauno Moenia condiderat*.] *Iapyge Dauno*: Iapyx, & Daunus idem sunt. Ita inferius utrumq. coniunxit; *Et Iapygis arida Dauni. &c.* Ita quoq. VI Fast. dixit *Apulum Daunum:*

Et generum Oeniden Apule Daune tuum.

Quomodo etiam Horat.

Qui regna Dauni perfluit Apuli.

-*habere ullos, neue haec commenta putetis*.] In uno Vatic. & meo legitur, *Habere uiros &c.* -*& Danaas pauerunt Pergama flammas*,] In eodem meo, *Et Danaïs pauerunt Pergama dextris*. Quae lectio non uidetur improbanda: Nam numerus est optimus, & sententia non absurda. -*& uentis inimica per aequora rapti, Fulmina*. In eodem meo, *Per aequora uecti*. -*cura Mineruae*:] Locutio Graeca: Vide, quae dixi lib. I. ad illum locum: *Cura Dei*. -*patrijs, sed rursus ab agris Pellor*.] In eodem lib. *Patrijs & rursus* &c. -*belloq. fretoq.*] Caelest. *Ferroq. mariq.* -*finemq. rogans erroris*.] In meo, *Finemq. rogāt terroris*. Errandi caussa librario fuit ultima littera uerbi ROGANT. quam sine caussa geminandam putauit. Sic in antiquissimo omnium Virgilij libro, qui in Vaticana bibliotheca adseruatur, *Allias serpillumq*. Tale quippiam accidit quoq. illi Ciceronis lib. XIV. fam. *Sallustius*, inquit, *officio uincet omnes spes; Cennius est perbeneuolus nobis*. Quod cum alij uiri docti deprauatum esse uidissent & nihil significare; ex, *Spes Cennius*, recte fecerunt, *Pescennius*, hoc modo: *Sallustius officio uincet omnes; Pescennius est perbeneuolus nobis*. Atque, quin ea uera sit lectio, dubitari non oportet. Contra, cum dictiones duae occurrebant, quarum altera in ultima syllaba, in litteram desinebat, quae sequentis dictionis principium esset, primam litteram interdū omittebant. Vt in illo eiusdem Ciceronis ad Attic. lib. V. ep. XXI. *Nam quas Hermioni centurioni Scamulae*. Quo in lo-

co

eo iampridem admonuit politissimus, & in his rebus diu, multumq. uersatus, Paullus Manutius, legendum sibi uideri, *Centurionis Scamulae*. Cuius opinionem probant uiri undecumq. doctissimi, M. Antonius Muretus, Fuluius Vrsinus, & Petrus Angelius Bargaeus. Huius rei exempla, cum in alijs libris scriptis, tum in Pandectis Florentinis, satis multa leguntur. Quod autem ad Diomedis comites in aues mutatos pertinet, lege Aelianum de historia animalium lib. 1. cap. 1. Augustinum de ciuitate Dei, Seruium lib. xi. Aeneid. haec interpretantem:

Fluminibusq. uagantur aues, (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lacrimosis uocibus implent.

-odium tamen illius omnes Spernimus] In eodem meo, *Spreuimus*, praeteriti temporis. *-ueterumq. resuscitat iram.*] In uno Vatic. *Veteremq. resuscitat iram.* In alio, & meo, *Stimulisq. resuscitat iram. -uocisq. uia*] superius dixit, *Vocis iter*. Lucretius: *-& ulceribus uocis uia septa coibat. -cubitiq. leues sinuantur in alas*. In Vatic. & Caelest. *Curuantur in alas -hunc Idas,*] Ita lib. uet. quidam legunt, *Hunc Iolis*: ubi autem id legatur, non afferunt. Quare nihil muto. *Oenides gener Iapigis Dauni.*] Hoc idem ex eo, quem paullo supra citauimus, uersu perspicue patet:

Et generum Oeniden Apule Daune tuum.

Paucesiusq. sinus.] Ita legunt uiri docti. Alij, *Puteolosq.* In meo, *Plauceiosq.* In uno Vatic. *Pleurinosque.* In alio, *Pleurosq.* In Caelest. *Pleuniosq.* Ex tam magna librorum uarietate, & discrepantia priorem ueriorem puto. *Et leuibus guttis manantia semicaper Pan Nunc tenet:*] In Caelest. & meo, *Et leuibus cannis. -fert ecce auidas in pinea Turnus Tecta faces.*] Deprauatus locus una uidelicet litterula. Nam in lib. meo, & Caelest. legitur, *Texta faces*, X. in C. temere a librarijs mutatum. librorum ueterum lectionem comprobat Catullus in carmine de nuptijs Pelei, & Thetidos, ubi sic est non longe a principio:

Pinea coniungens inflexae texta carinae.

Quod etiam animaduertit uir summa doctrina, & diligentia, Constantius Fanensis. *-& tumidum subitis concursibus aequor*] In meo, *Tumidum rapidis* &c. *Aequor*: declarat M. Tullius 2. Acad. quaest. quare *Aequor* dicatur:

cuius haec ibi leguntur: *Quid tam planum, quam mare? e quo & Aequor illud poetae uocant. -medioq. sub aequore mergit.* In meo est, *Mersit. -summisq. in montibus ortae.*] In eodem libro meo, *Durisq. in montibus*. Quam lectionem agnoscit & Regius. *Non tamen oblitae quam multa pericula saepe Pertulerint pelago.*] In eodem libro meo, *Quam multa pericula saeuo Pertulerint pelago. Cladis adhuc.*] In eodem libro, *Classis adhuc. Bella gerunt.*] In eodem lib. & uno Maffei, *Bella petunt. -quam postquam barbarus ensis Abstulit.*] In duob. Vatic. & Caelest. aperte legitur, *Quā postquam barbarus ignis Abstulit.* Omnino melius, ac rectius. Quo quidem modo omnis tollitur dubitatio. Atque hic locus diu multumq. nonnullos eruditos torsit, qui in uarias iuerunt opiniones, neque, quod sciam, a quoquam uerus historiae, siue fabulae, intellectus est sensus. Constat enim, ut facile uidere licet, ex Placidi argumentis, Ardeam, Turno occiso, combustam fuisse. Quare, ueritate perspecta, atq. ante oculos posita, facillime cognoscitur, deceptos esse illos, qui hoc non ad Aeneam, sed ad Hannibalem, referebant. Notum enim ita est, Troianos, atq. alios, (Graecis exceptis) dictos esse barbaros, ut nullo alio testimonio indigere uideatur. Afferam tamen unum tantum locū ex ipso Ouid. quo id planius imperitis fiat. estq. uersus epistolae Helenae ad Paridem, ubi ei hoc idem datur uitio:

Si iam diuitiis locus hic, numeroq. uirorum
Vincitur, ac certe barbara terra tua est.

Illud praeterea superest ostendere, perquam falsissimam esse quorundam lectionem, quae huiusmodi erat: *Quem postquam barbarus ensis &c.* ducti nimirum, ut hoc contra ueterum librorum fidem mutarent, ex cuiusdam Sereni (sed nunc turbidi) auctoritate, qui falso testatus erat, poetam nostrum fabulose dixisse, Ardeā ab Hannibale incensam esse. Itaq. sine ulla dubitatione legendum est: *Quam postquam barbarus ignis Abstulit &c.* quo modo manifeste, ac perspicue legi ī tribus calamo notatis libris, testatus sum. In uno Maffei est *Barbarus hostis*: quod non displicet: potest enim id quoq. ad Aeneā referri. In altero, gladio nescio quid abrasum est, & repo

situm

situm *Ensis*, sed male. *-& tepida patuerunt tecta fauilla.*] In meo & Caelest. *Et trepida latuerunt. Congerie e media &cet.*] In iisdem libris, atq. in nonnullis aliis, *Congerie in medio.* probo. *-nomen quoq. mansit in ipsa Vrbis.*] liber meus, & Caelest. *In illa urbis.* *-qui te de sanguine nostro Fecit auum*] Ita alibi:

Ille dedit captae repetita uocabula Troiae;
Et tuus est idem Calpete factus auus. Et:
Sed non ex uno coniuge feci auum.

Sic & lib. VI. Fast. dixit *Parentem facere. Si genus adspicitur, Saturnum prima parentem Feci, Saturni sors ego prima fui.* Priore illo modo etiam Plautus in Aulul. *Curre, idest, uise, quem ego auom feci, iam ut esses filiae nuptiis.* Sic & Ausonius: *Ipse nepos te fecit auum.* Et: *Nati primaeui nomine factus auus.* *-satis est in amabile regnum Adspexisse simul.*] lege, ut habent optimi quique libri, *Adspexisse semel*, Ac, quod sequitur etiã comprobat. *-caelestii numine dignus:*] In Caelest & duobus Maffei, *Munere dignus.* Illud plenius, ac significantius. *-& tacito deferre sub aequora cursu.*] Maff. *Et laeto. Et respersit aquis:*] Ita liber meus. Vaticani, *Et respergit.* quod si ad superiora referre uis, legendum est *Respergit*; sin ad inferiora, *Respersit.* *Inde sub Ascanii ditione binominis Alba.*] *Ascanij binominis:* duorum nominum. Legimus autem, non solum homines dupli ci nomine appellatos esse, ut Ascanius, & Iulus; Postumus, & Siluius; Numerius, & Quinctius apud M. Tulliũ pro Sextio: uerum fluuios quoq. ut Padus, & Eridanus; Ister, & Danubius; & alia, quae parcam scribere. Illud uero non omittendum est, quosdam scripsisse, Ascanium, & Ilium dictum esse, non Iulium. *-successit Siluius illi.*] Hoc etiam significat IV. Fastorum, ubi Aeneae prosequitur genealogiam: additq. quare dictus est Siluius:

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.
Postumus hinc; qui, quod siluis fuit ortus in altis,
Siluius in Latia gente uocatus erat.

Liuius lib. I. *Siluius deinde regnat Ascanij filius, casu quodam in siluis natus. Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus Nomina cum sceptro: clarus subit Alba Latino, Epitus*

delectat, cuius rei tanta est uis, ac tota natura, ut Ithacā illā in asperrimis saxulis tamquā nidulum affixam, sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Rursus detegitur eam collo catam fuisse in saxis: atq. hoc uidetur annuisse Seneca in Troade, his uerbis: *Et nocens saxis Ithace dolosis.* & *regnum fallacis Vlixei,*] Si memoria teneo, ita legit Priscianus. at lib. uet. *Vlixis. Praeter erant uecti*] Sic meus antiquior. Alij ad unum, *Praetereunt. intrant Sicaniam, tribus haec excurrit in aequora linguis.*] Hoc idem dixit alijs uerbis lib. IV. Fast.

Terra tribus scopulis uastum procurrit in aequor
Trinacris, a positu nomen adepta loci.

est uersa Pachinos ad austros.] Ita est in utroque meo. itaque legendum *Boreamq. Peloros.*] *Boreas*, id est, Aquilo, qui, ut ait Nonius, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit, & procellosus. Sed aliter Eustathius, qui putat dictum, eo quod τὴν βορὰν, id est alimoniam, nobis praebeat, frugibus ad maturitatem suo flatu perductis. Notauit hoc Parrhasius. *& remis aestuq. secundo:*] In duobus meis, & Caelest. *Remisq. aestuq. secundo, Virginis ora gerens,*] Caelest. *Ora ferens. Cui dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur referens suspiria dictis.*] In utroq. meo, & Vatic. *Quam, dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur. Et spectare feros in aqua, & componere uultus.*] Hoc est, quod mox dicit: *Liquidaq. in imagine uidi Nuper aquae. Cui, postquam pinus, baculi quae praebuit usum.*] Virgilius lib. III. Aeneid.

Trunca manum pinus regit, & uestigia firmat.

Candidior folio niuei Galatea ligustri.] Ligustrum non est, ut hic falso ait Regius, genus uiolae: sed uirgultorum, flores habens candidissimos, quibus arefactis, fructum emittit subnigrum; sed maturum accipio. Hoc igitur loco debemus *Niuei ligustri*, ad florum candorem referre. Vide, si tibi erit commodum, Ianū Parrhasium in Claudianum libro II. de raptu Proserpinae: qui hanc rem primum, quod sciam, diligentissime, eruditissimeque descripsit. *Arbutei fetus.*] Ita in meo antiquiore, & Vatic. In alijs quibusdam, *Arborei fetus.* Illud magis placet. Non enim Poeta agit de genere; sed de specie. *Vt*

uix

uix sustineant.] In duobus meis, *Vt uix circumeant.* rationem ab aliis redditam esse, ut ita legatur, non ignoramus. *Lac mihi semper adest niueum,*] Virgilius Ecl. 2.

Lac mihi non aestate nouum, non frigore desit.

Vterq. locus sumptus est ex Idylio XI. Theocriti: τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ οὐ χειμῶνος ἄκρῳ.

Inueni geminos, qui tecum ludere possint Inter se similes, uix ut dignoscere possis, Villosae catulos summis in mõtibus Vrsae] Quattuor ponit Theocri. eodẽ loco: καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. Ex quo hic noster, licet nõ nihil discrepet, uidetur multa accepisse. *Inter se similes:* Videtur, *Ita*; siue *Adeo*, Subaudiendũ. *Nec mea quod duris horrent densissima setis Corpora, turpe puto: turpis sine frondibus arbor: Turpis equus: nisi colla iubae flauentia uelent: Pluma tegit uolucres: ouibus sua lana decori est, &c.*] Alibi:

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus:
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar Ingentis clypei.] De quo sic Virgilius in eo, quem proxime citaui, libro:

& telo terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clipei, aut Phoebeae lampadis instar.

Theocritus, loco superius citato:

Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι. & ibidem:
καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν.

Hesiodus in Theogonia, de alio Cyclope:

Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ.

-te uereor.] In duobus meis, & Caelest. *Te uenerор.* *-& notis saltibus errat:*] In Vatic. *Et notis montibus.* Illud magis probo. *-tum moles tacta dehiscit.*] In utroq. meo, & eodem Vatic. *Tracta dehiscit.* *-dum lina madentia sicco.*] Sic omnes libri scripti. Alii inepte legunt, *Manantia. Obstupui, dubitoq. diu.*]In Vatic. & meis, *Obstupui, dubiusq. fuit -diuersis lapsi de partibus amnes,*] In eodem Vatic. *De mõtibus.* In antiquiore meo, *De fontibus. Quae postquam redeunt,*] Sic o.s. libri. *Ac fueram nuper,*] Vnus liber meus, & duo Vatic. *Quam fueram.* Recte utroq. modo.

HERCVLIS . CIOFANI
SVLMONENSIS
IN . P . OVIDII . NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. XIV
Obseruationes.



VIS usus aratri.] In duobus Vatic. duobus meis, *Quid usus aratri*. In alio Vatic. *Quid usus equorum.* -*tumidarum cultor aquarum:*] In uno Vatic.legitur *Liquidarum*, non *Tumidarum*. Nihil tamen muto. -*Tyrrhena per aequora uectus,*] Ita aperte est in meis. In duob. Vatic. *Per aequora lapsus. Diua Dei miserere,*] In ijsdem Vatic. atq. uno meo est, *Diua mei miserare*. Quod magis placet, ne Glaucus se iactet. *Neue mei non nota tibi sit caussa furoris.*] In uno Vatic. *Caussa doloris.* -*siue expugnatior herba est.*] In meo antiquiore, *Expugnantior herba est*. Fineq. *nil opus est.*] In eodem meo,& Caeleſt. *Hoc mihi nil opus est.* -*partem ferat illa caloris.*] In Caeleſt. & uno Vatic. *Illa doloris.* -*neq. enim flammis habet aptius ulla Talibus ingenium.*] Sic est in meo uetustiore. In altero uero, duobus Vatic. & Caeleſt. legitur, *Neq. enim flammis altius ulla*. Quae lectio haud plane est inconcinna. -*seu caussa est huius in ipsa.*] In uno Vatic. *Eius in ipsa.* -*ultro poteras, certeq. rogari.*] Ita est in duobus meis, & quidem recte. In uno Vatic. *Vtroq. potes.* quod non admodum probo. -*adsitq. tuae fiducia forma.*] Ita uet. Alii non satis recte, opinor, legunt, *Adsitq. meae.* -*nitidi cum filia Solis.*] In Caeleſt. *Nitidi quoq. filia Solis.* Nihil tamen muto, propter uerba superiora. *Carmine cum tantum, tantum quoq. gramine possim,*] Omnes libri scripti, *Quantum quoq. gramine possim.* -*prius inquit in aequore frondes, Glaucus & in summis*

nascen-

nascentur montibus algae.] Ita prope Virgilius:

Ante leues ergo pascentur in aethere Cerui,
Et freta destituent nudos in litore pisces.

-*pabula succis.*] In tribus Vatic. & Caelest. *Gramina suc cis.* -*ut solida ponit uestigia terra.*] Vnus Vatic. & Caelesti nus habent, *Vt solida posuit uestigia terra*. Quam lectionem multo meliorem, ac ueriorem arbitror. *Vt* enim, hoc loco necesse est, significet, postquam: & uerbum *Decurrit*, quod est in sequenti carmine, praeteritum uidetur. Atq. ita optimus sensus est. Alio modo nō item. -*portentificisq. uenenis.*] In Vatic. *Portentiferisq. uenenis.* -*hic fusos latices radice nocenti Spargit:*] omnes libri scripti, *Hic pressos latices.* -*mediaq. tenus descenderat aluo.*] In uno meo, *Pontumq. subit media tenus aluo.*-*scopulum quoq. nauita uitat.*] In duobus Vatic. & Caelest. *Saxum quoque* &c. *Non bene dissidium Phrygij latura mariti Sidonis.*] In ueteribus omnibus *Discidium* per s. &c. quod uiri docti, ex fide, & auctoritate librorum scriptorum, ita excudendum esse iampridem litteris consignarunt. A quibus ipse non dissentio, probantibus id, ut dixi, ueteribus exēplaribus. *Discidium* uero a Discindo uenit; ualetq. inuitum discessum, qui inter amicos, & propinquos fit: ut hoc loco. Sic & Catullus de Coma Beronices:

Sed fratris cari flebile discidium.

Tibullus lib. I. eleg. v.

Asper eram, & bene discidium me ferre loquebar.

Et M. Tullius lib. 4. ep. I. ad Att. *Cognoram enim te acerbissime discidium nostrum tulisse.* Idem pro domo: *Defleui coniugis miserae discidium.* Idem in Laelio: *Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum discidia fiant.* Sic habent duo libri scripti. *Non bene:* Aegre, acerbe. -*inq. pyra sacri sub imagine facta Incubuit ferro.*] De hoc III. Fast.

Arserat Aeneae Dido miserabilis igne,
Arserat exstructis in sua fata rogis.
Compositisq. cinis, tumuliq. in marmore carmen,
Hoc breue, quod moriens ipsa reliquit, erat.
Praebuit Aeneas, & caussam mortis, & ensem:
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Haec duo postrema carmina repetit, uel potius dixerat,

rat, in epistola, quam ad Aeneam Didonem finxit misisse. Hac de re uide Iustinum lib. XVIII. *Adsedes Eryc is,*] In uno Vatic. *Adsedes Circes.* Nihil muto. Ab Eryce deriuatur Erycinus. Vnde Venus dicta est Erycina, cuius templum, ut scribit Tranquillus, in Sicilia uetustate collapsum, ut ex aerario P. Romani reficeretur, D. Claudius Caesar auctor fuit. *-fidumq. relatus Acesten Sacrificat, tumulumq. sui genitoris honorat.*] Hac de re satis multa litteris mandauit Virgilius lib. v. Aeneid. *Acheloidum que reliquit,*] Lege, ex fide meorum librorum, atq. aliorum quorundam, *Acheloiadumq. -naresq. a fronte remissas Contulit.*] Ita est in quibusdam uulgatis libris, male, ut opinor. In ueteribus uero, *Naresq. a fronte remissas Contudit. -& Parthenopeia dextra Moenia deseruit, laeua de parte canori Aeolidae tumulum.*] Ita locutus est lib. septimo.

Aeoliam Phitanen a laeua parte reliquit Et octauo:

-& iam Iunonia laeua

Parte Samos fuerat, Delosque; Parosq. relictae.

Et rursus alibi:

Nam, procul Illyricis laeua de parte relictis,

Interdicta mihi cernitur Italia.

Et quarto Fast.

Tunc laeua Creten dextra Pelopeidas undas

Deserit.

Ab his omnibus loquendi modis, non admodum abest C. Iulius Caesar lib. v. de bello Gallico. cuius haec sunt: *Caesar, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit. -cuius Dextera per ferrũ est, pietas spectata per ignes.*] Alibi:

Hinc satus Aeneas pietas spectata per ignes. Et:

Cum foret Aeneae ceruix subiecta parenti,

Dicitur ipsa uiro flamma dedisse uiam. Et:

An magis hunc morem pietas Aeneia fecit,

Innocuum uicto cui dedit ignis iter? Et infra,

Dij, precor, Aeneae comites, quibus ensis & ignis

Cesserunt. Statius lib. III. Siluarum.

Felix cui magna patrem ceruice uehenti

Sacra Micenaeae patuit reuerentia flammae.

Inuia uirtuti nulla est uia.] Alibi:

Difficile est, fateor, sed tendit in ardua uirtus.

Silius:

Ardua uirtutem profert uia.

Seneca:

Sed locum uirtus habet inter astra.

Idem:

Virtus in astra tendit, in morte timor.

Paruit Aeneas: & formidabilis Orci Vidit opes, atauosq. suos, umbramq. senilem Magnanimi Anchisae.] Hac de re copiose scribit Virgilius lib. VI. *Vmbramque senilem.* In Caelest. *Vultumq. senilem. Cum duce Cumaea fallit sermone laborem.*] In uno meo est, *Mollit sermone laborem.* Huc ui detur pertinere illud Publij, quod legitur apud Agelliũ lib. XVII. cap. XIV. & apud Macrob. lib. II. Sat. cap. VII.

Comes facundus in uia pro uehiculo est.

Et illud Varronis Pransoparato: *Luna exspectante Adria se itiner longum sermone leuare. meq. fatebor Muneris esse tui.*] Ita aperte legitur in uno meo. Ast in alijs omnibus, *Me que fatebor Munus habere tuum.* Illam meliorem puto. *pulueris hausti.*] Sic Statius:

Ille magis crebro dum lumina pulueris haustu
Obruit.

Sedibus Euboicam emersit in urbem Troius Aeneas.] In quibusdam uet. *Emergit*, non *Emersit*. *Desertum quondam & cet.*] Ita libri scripti. uulgati quidam, *Desertumq. olim. barbara prora.*] nauis Troiana. *Graium*] Achaemeniden. *concreto tegmine.*] Duo lib. mei, atq. unus Vatic. habent, *Conserto tegmine. Haec mihi si potior domus est.*] Pleriq. uet. lib. *Ni potior. si non timor abstulit omnem Sensum.*] libri scripti, *Nisi quod timor. uester quoq. clamor Vlyssis.*] In duobus meis, *Vestri quoq. clamor, Vlixis* per i Latinum & x, quod magis probo. Testatur Plutarchus, Romanos, *Vlixes*, non *Vlysses*, scripsisse. Quo modo perpetuo scriptum est in uet. lib. *uidi cum monte reuulsum Immanem scopulum*] libri scripti, *Vidi cum a monte reuulsum, &* reliqua. Quod aliquanto rectius suspicor. Nam superius eodem modo locutus est: *Saxumq. e monte reuulsum Mittere conatur.* Et: *Partemq. e monte reuulsum Mittit. Vt uero fuga nos ab acerba morte reduxit,*] In duobus Vatic. *Ab acerba*

ba morte remouit. Crudelesq. manus, & inanem luminis orbem, Membraq. &c.] In iisdem libris, atq. in meo antiquiore, haec duo carmina ita collocata sunt:

Membraq. & humano concretam sanguine barbam

Crudelesq. manus, & quae sequuntur. Res, ut mihi uidetur, parui momenti. *Mors erat ante oculos,*] Hoc hemistichio alibi quoq. usus est:

Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat.

Et Lucanus ab ipso id accepit, cuius haec sunt lib. IX. *Sed tristior illa Mors erat ante oculos. -minimumq. tamen ipsa doloris.*] In duobus Vatic. *Illa malorum*. In uno meo est, *Minimumq. habet ipsa doloris. Me tremor inuasit.*] Cicero: *Mirus furor inuasit improbos*. Sallustius: *Adherbalem, omnesque, qui sub Micipsae imperio fuerant, metus inuadit.* Alio modo loquitur Liuius lib. XXXVII. ubi est: *Timor incessit Liuium. -cupidusq. moriri,*] Sic legitur in uno meo: in altero, ac duobus Vatic. *Cupiensq. moriri. Moriri autem* dixit, ex quarta coniugatione. Sic Plautus in Vidularia: *Malim moriri meos, quam mendicarier*. Pomponius in Arista: *Noli quaeso irascere. More fit, moriri suam quisq. uxorem ut uelit*. Rursum Plautus in Rud. *-certum est moriri, quam hunc pati Lenonem in me grassari. Hanc procul adspexi.*] Ita legendum, ex uet. libris: non autem, ut quidam uolunt, *Haud procul. Orauiq. fugam gestu.*] In uno meo, *Orauiq. fugam gemitu.* sed supra adscripta est glossa, *Vel, gestu. Graiumq. ratis Troiana recepit.*] Achaemeniden significat, ut supra notaui. Qua de re sic quoq. alibi:

Puppis Achaemeniden, Graium Troiana recepit.

Et rursus alibi ait, maximo timore, quod uerisimile est, affectum esse Achaemenidem, cum uidisset Troianorum nauem:

Qualis Achaemenides, Sicula desertus in ora,
Troica cum uidit uela uenire, fuit.

Aeolon ille refert. In uno meo, *Ipse refert. -praedaeq. cupidine uictos.*] In duobus Vatic. & Caelest. *Cupidine captos. Ora cruore suo.*] In uno meo, *Membra cruore suo. -& saxa, trabesq. Conyciunt.*] In Caelest. *Trabesq. concutiunt. -ipsumq. uehebat Vlyssem*] in eodem lib. *Ferebat Vlyxem*

xem. *Fugit: & amissa &c.*] Emenda, ex script. omnibus, *Effugit amissa.* Sed in uno meo legitur, *Effugit, emissa. Ire negabamus, uel tecta ignota subire.*] In duobus meis, *Sed tecta ignota subire.* Alii perperam legunt, *Et tecta. -nimij Elpenora uini:*] lib. uet. *Elphenora. -blandas mouere per aera caudas,*] Exprimit Leonum naturam. *Nostraq. adulantes comitant uestigia.*] Ita uet. libri. Alii foedissime legunt, *Nosq. alludentes comitant uestigia. comitant:* Archaismos, inquit Regius. *Comitatur* enim nunc dicimus. Haec ille. Quasi uero dici non posset, *Comitant.* Melius, & rectius forte, si dixisset, *Comito*, non ita esse in usu frequentiore, ut *Comitor.* Comito tamen alibi etiam usurpauit:

Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad undas. Et:
Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Et:
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem. Et:
Funera non potui comitare, nec ungere corpus.

Et lib. VIII. *Ac nostros comitate gradus.*

Propertius lib. II.

Quod si uera meae comitarem castra puellae,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.

Sic Virgilius usus est uerbo Populo:

Populatq. ingentem farris aceruum.

Et aliis alii auctores. Ex quo facile apparet, unumquemque, si contigerit, eo uerbo uti posse in carmine conscribendo. *-Sedet illa*] Circes. *Sublimi solio*] In duob. meis legitur, *Sollemni solio. -& cum lacte coagula passo:*] In Caelestino, *Coagula presso.- Dea dira capillos.*] In uno Vatic. *Dea saeua capillos. Nec iam posse queri,*] Ita in meis. In Vatic. & Caelest. *Nec iam posse loqui. Ille domus Circes.*] Emenda, ex fide duorum Vatic. meorumque, *Ille domum Circes. -& stricto pauidam deterruit ense.* In uno Vatic. *Et stricto pauefactam terruit ense.* Nihil tamen muto. *-& subiuncta lacertis Brachia sunt.*] lib. ueteres, *Et subiecta lacertis.* Eleganter autem & scite distinguit *Brachia* a *Lacertis.* Ita Q. Curtius lib. IX. *Lacerti quoque, & brachia margaritis ornata erant. -flentem flentes complectimur illum:*] uet. libri, *Amplectimur illum. flentem flentes.* Alibi:

Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas usq. cadente genas.

N Ita

Ita has dictiones coniunxit M. Tullius pro Flacco: *Cũ ego,* inquit, *te, Flacce, caelum, noctemq. contestans, flens flentem obtestabar.* Et alibi: *Non enim uidistis fratrem tuum, non eum, quem reliqueras: non eum, quem noras: nõ eum, quem flens flentem, prosequentem proficiscens dimiseras &c. -licet ipse decorem Adspicias.*] In utroq. meo est, *Licet ipse colorem. Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnã.*] Quidam alij impressi, *Graios edere pugnam.* uet. autem libri. *Graia quater edere pugna.* Quod sequendum mihi uidetur: *-& opacae Farfarus undae.*] In uno meo, *Farfarus umbrae. Quaeq. colunt Scythiae &c.*] In eodem meo, *Quasq. tenent Scythiae. -laeuaq. hastilia bina gerebat:*] libri mei, & Caelest. *Bina ferebat. -chlamydem comprensus ab auro.*] In uno meo, *Contractus ab auro. fuluo auro:*] proprie dixit: Et mox: *Et fuluo ceruix praecingitur auro.* Et alibi:

Scilicet, ut fuluum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspicienda fides.

-cecidere manu, quas legerat herbas:] lib. mei, ac nonnulli alij, *Cecidere manu, quas legerat, herbae:* quod opinor rectius, etsi illud potest esse simile illi Terentij: *Populo ut placerent, quas fecisset, fabulas. Concipit illa preces, & uerba precantia dixit.*] liber Caelestinus, & unus meus, *Verba ue nefica dixit.* Sed alibi, *Et dixit precantia uerba*: qui uersus non admodum alienus est ab eo, qui legitur in impressis. est enim supra lib. 2.

Neue preces animos, & uerba precantia flectant.

-precesq. repellit] In utroq. meo, & Vatic. *Precesq. reliquit. -& teneat per longum comprecor aeuum.*] In uno meo, *Deprecor aeuum. Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.*] Huc sane facit, quod annotauit Lutatius, exponẽs illud Statii v. Theb. *Quater axe sereno Intonuit.* Vbi ait: *De numero tonitruum ratio est: Nam omnis impar numerus prospera significat, & uiuis adscribitur: id uero quod par est, contra infectum et mortuis datur; genuinus uero, idest, par, quod ergo nihil agit, defunctorum est. Vt Virg. Numero deus impare gaudet. Et ubi quae mortuis geminum, hoc est parem adscribit numerum, uel dualem quattuor tauros inferis mactat, ideo hic quatter, quia aduersum tonat, & nitide obseruauit, ut seniores eo tempore diuiderentur a sole, ut par numerus, qui est uiuis*

contra-

contrarius poneretur. Dicitur autem hic impar numerus a Pythagora repertus, & masculinae uirtutis, & deorum superum propter trinam regulam diuinae rationis. Ergo huiusmodi signa contigerant, ut quater ipso in limine portae substitit, atque utero sonitum quater arma dedere. Nam occulte Virgilius de numero coactus equi infernam, infaustamq. rem idest mortem pronunciari praedicabat. Haec ille interpres eruditus. *-noctisq. deos Ereboq. Chaoq. Conuocat.*] Quidam, contra omnium ueterum librorum fidem, legunt, *Erebonque, Chaonque.* Ego nihil muto. Nam sensus optimus est. *-& longis Hecaten ululatibus orat.*] In duobus Vatic. *Et magnis Hecaten. Sparsaq. sanguineis rubuerũt pabula guttis.*] In uno meo, & Caelest. *Maduerunt,* non, *Rubuerũt,* legitur, sed in eodem Caelest. & Vatic. est, *Gramina guttis. Et lapides nisi mugitus edere raucos,*] In uno Vatic. *Et lapides uisi gemitus sunt edere raucos.* Illud rectius uidetur. *-illa pauentum*] In meo antiquiore, *Illa clientum. Presserat occiduus Tartesia litora Phoebus.*] In Caelest. *Sparserat occiduus Rephasia &c.* In eodem meo, *Rephesia.* In altero uero, *Cartesia litora.* Hoc postremum recipi potest. Cartesius autem deducitur a Carteia; quae, teste Ptolemaeo lib. 2. cap. 4. est urbs Hispaniae Baeticae. Tartessus, & Carteia, idem esse uolunt, illa Graece Tartessus, haec Carteia Latine dicitur. Carteiae situm ita describit Liuius lib. XXVIII. *Cum haec, inquit, ad Baetim fluuium geruntur, Laelius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs in ea ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis pãditur mare.* Vide etiam Cõmentarium politissimi, atq. eruditissimi uiri, Paulli Manutij, Epistola XXXXIII. lib. XII. ad Atticum. meminit & Silius lib. III. & XIII. Rephasia uero, & Rephesia, unde ueniant, & quid sibi uelint, fateor me ingenue ignorare. *-& in gelida ponentem corpora ripa.*] In Caelest. *Corpora terra. -ut olim Carmina iam moriens canit exsequialia Cygnus.*] Mart. *Cantator Cygnus funeris ipse sui,* & ipse lib. V. Trist. *Vtq. iacens ripa deflere Caystrius ales, Dicitur ore suam deficiente necem.* Vide Aelianum lib. 2. c. 32. de nat. animalium. *Luctibus extremum tenues liquefacta medullas Tabuit.*] In meo, & Caelestino. *Luctibus extremis. -Aeneia nutrix.*] Seruius, explanans illud Virg. *Tu quoque*

litoribus nostris Aeneia nutrix, ait: *Alij Aeneae, alij Creusae, alij Ascanij nutricem uolũt. Lectum tamen est in Philologis in hoc loco classem Troianorum casu concrematam. Vnde Caietæ dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. notae pietatis*] *notae*: singularis, insignis, eximiae. *-profugi Diomedis ad urbem Venerat.*] In meo, *Vrbes*, numero multitudinis. In Vatic. *Ad arces. -ille quidem sub Iapyge maxima Dauno Moenia condiderat.*] *Iapyge Dauno*: Iapyx, & Daunus idem sunt. Ita inferius utrumq. coniunxit; *Et Iapygis arida Dauni. &c.* Ita quoq. VI Fast. dixit *Apulum Daunum:*

Et generum Oeniden Apule Daune tuum.

Quomodo etiam Horat.

Qui regna Dauni perfluit Apuli.

-habere ullos, neue haec commenta putetis.] In uno Vatic. & meo legitur, *Habere uiros &c. -& Danaas pauerunt Pergama flammas,*] In eodem meo, *Et Danais patuerunt Pergama dextris.* Quae lectio non uidetur improbanda: Nam numerus est optimus, & sententia non absurda, *-& uentis inimica per aequora rapti, Fulmina.* In eodem meo, *Per aequora uecti. -cura Mineruae:*] Locutio Graeca: Vide, quae dixi lib. I. ad illum locum: *Cura Dei. -patrijs, sed rursus ab agris Pellor.*] In eodem lib. *Patrijs & rursus* &c. *-belloq. fretoq.*] Caelest. *Ferroq. mariq. -finemq. rogans erroris.*] In meo, *Finemq. rogãt terroris.* Errandi caussa librario fuit ultima littera uerbi ROGANT. quam sine caussa geminandam putauit. Sic in antiquissimo omnium Virgilij libro, qui in Vaticana bibliotheca adseruatur, *Allias serpillumq.* Tale quippiam accidit quoq. illi Ciceronis lib. XIV. fam. *Sallustius*, inquit, *officio uincet omnes spes; Cennius est perbeneuolus nobis.* Quod cum alij uiri docti deprauatum esse uidissent & nihil significare; ex, *Spes Cennius*, recte fecerunt, *Pescennius*, hoc modo: *Sallustius officio uincet omnes; Pescennius est perbeneuolus nobis.* Atque, quin ea uera sit lectio, dubitari non oportet. Contra, cum dictiones duae occurrebant, quarum altera in ultima syllaba, in litteram desinebat, quae sequentis dictionis principium esset, primam litteram interdũ omittebant. Vt in illo eiusdem Ciceronis ad Attic. lib. V. ep. XXI. *Nam quae Hermioni centurioni Scamulae.* Quo in lo-

co

co iampridem admonuit politissimus, & in his rebus diu, multumq. uersatus, Paullus Manutius, legendum sibi uideri, *Centurionis Scamulae*. Cuius opinionem probant uiri undecumq. doctissimi, M. Antonius Muretus, Fuluius Vrsinus, & Petrus Angelius Bargaeus. Huius rei exempla, cum in alijs libris scriptis, tum in Pandectis Florentinis, satis multa leguntur. Quod autem ad Dio medis comites in aues mutatos pertinet, lege Aelianum de historia animalium lib. 1. cap. 1. Augustinum de ciuitate Dei, Seruium lib. xi. Aeneid. haec interpretantem:

Fluminibusq. uagantur aues, (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lacrimosis uocibus implent.

-odium tamen illius omnes Spernimus] In eodem meo, *Spre uimus*, praeteriti temporis. *-ueterumq. resuscitat iram.*] In uno Vatic. *Veteremq. resuscitat iram.* In alio, & meo, *Stimulisq. resuscitat iram. -uocisq. uia*] superius dixit, *Vocis iter.* Lucretius: *-& ulceribus uocis uia septa coibat. -cubitiq. leues sinuantur in alas.* In Vatic. & Caelest. *Curuantur in alas -hunc Idas,*] Ita lib. uet. quidam legunt, *Hunc Iolis*: ubi autem id legatur, non afferunt. Quare nihil muto. *Oenides gener Iapigis Dauni.*] Hoc idem ex eo, quem paul lo supra citauimus, uersu perspicue patet:

Et generum Oeniden Apule Daune tuum.

Paucesiusq. sinus.] Ita legunt uiri docti. Alij, *Puteolosq.* In meo, *Plauceiosq.* In uno Vatic. *Pleurinosque.* In alio, *Pleurosq.* In Caelest. *Pleuniosq.* Ex tam magna librorum uarietate, & discrepantia priorem ueriorem puto. *Et leuibus guttis manantia semicaper Pan Nunc tenet*:] In Caelest. & meo, *Et leuibus cannis. -fert ecce auidas in pinea Turnus Tecta faces.*] Deprauatus locus una uidelicet litterula. Nam in lib. meo, & Caelest. legitur, *Texta faces*, X. in C. temere a librarijs mutatum. librorum ueterum lectionem comprobat Catullus in carmine de nuptijs Pelei, & Thetidos, ubi sic est non longe a principio:

Pinea coniungens inflexae texta carinae.

Quod etiam animaduertit uir summa doctrina, & diligentia, Constantius Fanensis. *-& tumidum subitis concursibus aequor*] In meo, *Tumidum rapidis* &c. *Aequor*: declarat M. Tullius 2. Acad. quaest. quare *Aequor* dicatur:

cuius haec ibi leguntur: *Quid tam planum, quam mare? e quo & Aequor illud poetae uocant. -medioq. sub aequore mergit.* In meo est, *Mersit. -summisq. in montibus ortae.*] In eodem libro meo, *Durisq. in montibus*. Quam lectionem agnoscit & Regius. *Non tamen oblitae quam multa pericula saepe Pertulerint pelago.*] In eodem libro meo, *Quam multa pericula saeuo Pertulerint pelago. Cladis adhuc.*] In eodem libro, *Classis adhuc*. *Bella gerunt.*] In eodem lib. & uno Maffei, *Bella petunt. -quam postquam barbarus ensis Abstulit.*] In duob. Vatic. & Caelest. aperte legitur, *Quã postquam barbarus ignis Abstulit.* Omnino melius, ac rectius. Quo quidem modo omnis tollitur dubitatio. Atque hic locus diu multumq. nonnullos eruditos torsit, qui in uarias iuerunt opiniones, neque, quod sciam, a quoquam uerus historiae, siue fabulae, intellectus est sensus. Constat enim, ut facile uidere licet, ex Placidi argumentis, Ardeam, Turno occiso, combustam fuisse. Quare, ueritate perspecta, atq. ante oculos posita, facillime cognoscitur, deceptos esse illos, qui hoc non ad Aeneam, sed ad Hannibalem, referebant. Notum enim ita est, Troianos, atq. alios, (Graecis exceptis) dictos esse barbaros, ut nullo alio testimonio indigere uideatur. Afferam tamen unum tantum locũ ex ipso Ouid. quo id planius imperitis fiat. estq. uersus epistolae Helenae ad Paridem, ubi ei hoc idem datur uitio:

Si iam diuitiis locus hic, numeroq. uirorum
Vincitur, ac certe barbara terra tua est.

Illud praeterea superest ostendere, perquam falsissimam esse quorundam lectionem, quae huiusmodi erat: *Quem postquam barbarus ensis &c.* ducti nimirum, ut hoc contra ueterum librorum fidem mutarent, ex cuiusdam Sereni (sed nunc turbidi) auctoritate, qui falso testatus erat, poetam nostrum fabulose dixisse, Ardeã ab Hannibale incensam esse. Itaq. sine ulla dubitatione legendum est: *Quam postquam barbarus ignis Abstulit &c.* quo modo manifeste, ac perspicue legi in tribus calamo notatis libris, testatus sum. In uno Maffei est *Barbarus hostis*: quod non displicet: potest enim id quoq. ad Aeneã referri. In altero, gladio nescio quid abrasum est, & repo

situm

situm *Ensis*, sed male. *-& tepida patuerunt tecta fauilla.*] In meo & Caeleſt. *Et trepida latuerunt. Congerie e media &c.*] In iiſdem libris, atq. in nonnullis aliis, *Congerie in medio.* probo. *-nomen quoq. mansit in ipsa Vrbis.*] liber meus, & Caeleſt. *In illa urbis. -qui te de sanguine nostro Fecit auum*] Ita alibi:

Ille dedit captae repetita uocabula Troiae;
Et tuus est idem Calpete factus auus. Et:
Sed non ex uno coniuge fecit auum.

Sic & lib. VI. Faſt. dixit *Parentem facere. Si genus adspicitur, Saturnum prima parentem Feci, Saturni sors ego prima fui.* Priore illo modo etiam Plautus in Aulul. *Curre, idest, uise, quem ego auom feci, iam ut esses filiae nuptiis.* Sic & Auſonius: *Ipse nepos te fecit auum.* Et: *Nati primaeui nomine factus auus. -satis est in amabile regnum Adspexisse simul.*] lege, ut habent optimi quique libri, *Adspexisse semel*, Ac, quod ſequitur etiã comprobat. *-caelesti numine dignus:*] In Caeleſt & duobus Maffei, *Munere dignus.* Illud plenius, ac ſignificantius. *-& tacito deferre sub aequora cursu.*] Maff. *Et laeto. Et respersit aquis:*] Ita liber meus. Vaticani, *Et respergit.* quod ſi ad ſuperiora referre uis, legendum eſt *Respergit*; ſin ad inferiora, *Respersit. Inde sub Ascanij ditione binominis Alba.*] *Ascanij binominis*: duorum nominum. Legimus autem, non ſolum homines dupli ci nomine appellatos eſſe, ut Aſcanius, & Iulus; Poſtumus, & Siluius; Numerius, & Quinctius apud M. Tulliũ pro Sextio: uerum fluuios quoq. ut Padus, & Eridanus; Iſter, & Danubius; & alia, quae parcam ſcribere. Illud uero non omittendum eſt, quoſdam ſcripſiſſe, Aſcanium, & Ilium dictum eſſe, non Iulium. *-successit Siluius illi.*] Hoc etiam ſignificat IV. Faſtorum, ubi Aeneae proſequitur genealogiam: additq. quare dictus eſt Siluius:

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.
Postumus hinc; qui, quod siluis fuit ortus in altis,
Siluius in Latia gente uocatus erat.

Liuius lib. I. *Siluius deinde regnat Ascanij filius, casu quodam in siluis natus. Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus Nomina cum sceptro: clarus subit Alba Latino, Epitus*

ex illo.] quem supra citauimus libro idem ait:

Isq. Latine tibi pater est, subit Alba Latinum,
Proximus est titulis Epitus Alba tuis.

Liuius loco supra citato de hoc ita: *Siluius Aeneas, deinde Latinum Siluium creat, ab eo coloniae aliquot deductae, prisci Latini appellati.* Mansit Siluius postea omnibus cognomen, qui Albae regnarũt. Latino Alba ortus, Alba Atis, Ati Capis, Capi Capetus, Capeto Tiberinus, quem Ouidius tũ hic, tũ in fastis Epitum appellat, Liuius Atim uocat. *-post hũc Capetusq. Capisque, Sed Capis ante fuit.*] Cõfuserat historiã Poeta noster, cum dixit, Capetum natũ esse ex Epito, uel, ut Liuius ait, Ati, ex Capeto Capin. Quare, cum id animaduertisset, dixit, *Sed Capis antefuit*, hoc est Capis Capetum genuit, & non contra, quemadmodum carminis fortasse lege adductus ante dixerat. *-regnum Tiberinus ab illis Cepit, & in Tusci demersus*, uel *submersus*, ut est in Caelest. *fluminis undis.*] Ibidem, hoc modo:

Cumq. patris regnum post hunc Tiberinus haberet,
Dicitur in Tuscae gurgite mersus aquae.

Liuius loco iam citato ita memoriae prodidit: *Agrippa inde Tiberini*, ita enim lego, non Tiberii, *filius post Agrippam Romulus Siluius a patre accepto imperio regnat: Auentino fulmine ipse ictus regnum per manus tradidit.* Quo autẽ modo in hisce Liuij uerbis Romulus legatur, nõ sane uideo. Nemo enim nescit, Romulum, hoc est Remi fratrem, ab Agrippa, siue Tiberino, natum non esse. Quare audacter contenderem reponendum esse, Romulum, queadmodum ab Ouidio uocari superius uidimus. Si quis praeterea rursus contenderet, apud Ouidiũ legi debere Romulum, non Remulum, is tota, ut dicitur, erraret uia. Nam in Romulus prima syllaba producitur, quae in Remulus corripitur. Atq. ibi ex ipso Ouidio clare patet, Remulum diuersum esse a Romulo, ad quem te reijcio. *Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti Tradit Auentino, qui, quo regnarat, eodem Monte iacet positus, tribuitq. uocabula monti: Iamq. Palatinae summam Proca gentis habebat.*] alibi:

Venit Auentinus post hos, locus unde uocatur
Mons quoq. post illum tradita regna Proca.

Liuius:

Liuius: *Auentinus sepultus in eo colle, qui nunc est Romanae urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat.* -*fisso modo cortice.*] lib.x. *Et fisso cortice Viuum reddit onus.* Sic.n. ex uet.libris legi debere, ibi ostendimus. -*& succos alieno praestat alumno.*] In Vatic.& Caeleſt. *Praebet alumno.* -*ut illum Iurasses fessos &c.*] In Caeleſt. & iisdem Vatic. *Iurares.* *Ille etiam picta redimitus tempora mitra,*] Sic Virg.

Sacra redimitus tempora lauro.

-*tantoq.potentior,inquit,*] Ita est in meo, & in Vatic. In quibusdam alijs, *Tantoq.peritior, inquit.* Porro post hunc uersum in uulgatis nunc legitur:

Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis,
Salue Virginei flos, intemerate pudoris.

Hunc postremum Regius uidetur agnoscere: legitur etiam in uno Vatic.qui est omnium,quotquot ibi asseruentur,recentissimus. In septem alijs ex eadem Bibliotheca neuter horum legitur. Atq.ita in Caelestino,utroque Maffei,& meo. Verum ad imaginem huius mei aliena manu,& atramento repositus est ille:

Salue Virginei flos intemerate pudoris.

Quare ego,quid hic affirmem, non habeo. si horum tamē secundus esset in omnibus scriptis libris, eum hoc loco reciperem,ac reponerem. Sed, hoc cum non sit, ambos suppositos,atq.adulterinos puto. locumq. asterisco notandum iudico. Aliquid enim desideratur. *Si non iuncta foret, terrae acclinata iaceret.*] In meo est, *Terraeq. acclina iaceret.* -*ac audacis Vlyssei.*] In meo & Caeleſt. *Aut audacis Vlixei.* Idq. e Romana consuetudine. ut supra ex Plutarcho retuli. -*neque enim sibi notior ille est.*] In meo, *Neq.enim tibi.* -*formasq. apte fingetur in omnes,*] Alludit ad Vertumni nomen. Qua de re exstat Propertii elegia lib. IV. Meminit praeterea Vertumni, siue Vortumni, Asconius Pedianus in III.contra Verrem orat.exponens Ciceronis illud, *A signo Vortumni in circum maximum. Signum Vortumni in ultimo Vico Thuriano est,sub basilicae angulo flectentibus se ad postremam dexteram.* Vortumnus autem Deus inuertendarum rerum est, idest, mercaturae. *Quid, quod amatis idem? quid quae tibi poma coluntur.*] Liber meus, *Quid quod tibi poma coluntur.* -*quoq. magis caucas,*]

ueas,] Idem liber meus, & unus Maffei, *Quoq. magis timeas. -etenim mihi multa uetustas Scire dedit.*] Ita locutus est supra lib. 111. *At pater omnipotens pro lumine adempto Scire futura dedit. -posuitq.in limine duro Molle latus.*] Amātis exprimit naturā, qui, ut amica potiatur, omnia magno cum incommodo ferre haud recusat. Ita alibi:

Dura super tota limina nocte iace.

-tristisq. serae conuicia fecit.] liber Caelestinus, & unus Maffei, *Conuicia dixit*. Vtrumq. recte. Confirmat illud M.Tullius, qui eodem modo locutus est libro 1. ad Atticum: *Cato conuicium Pisoni consuli mirificum facit*. Et Plautus in Mostellaria: *Sic et praesenti tibi facit conuicium?* Ipse uero hoc:

Nec dic blanditias, nec dic conuicia posti. Et:
Et modo blanditias, gelido modo iurgia posti
Dicat.

Et Virg.in Moreto, modo eius sit illud opus:
Immeritoq. furens dicit conuicia fumo.

Plautus in Asinaria:
Quid pericli sit dotatae uxori conuicium dicere.

-quod Noricus excoquit ignis] *Noricus ignis* dicitur, a populis, quorum mentio est apud Cornelium Tacitum libro 1. *Saeuior illa freto surgente, cadentibus Austris.*] Ita est in plerisq. uet.libris. In aliis quibusdam, *Cadentibus haedis*. quod uerius puto. nam ad marginem libri mei annotatum est, *Haedis & orientibus & occidentibus, tempestas fit maxima*. Posset etiam illo alio modo legi. Rationes ab aliis, qui in hunc poetam scripserunt, satis probabiles redduntur. *-laetos mollire triumphos,*] *Laetos dixit* ab effectu: nam laetos & celebres reddunt homines. *Non tamen ante tui curam excessisse memento.*] Ita est in antiquis. Quidam legunt, *Non tamen ante mihi*. Illud magis placet: & illos, opinor falli. *excessisse*. oblitum esse. *Si tamen, o superi, mortalia facta uidetis.*] Dicitur hoc ex praua Epicureorum opinione, qui dixerunt, deos non curare mortalia. *-pallida brachia tollens.*] In aliis, *Tendens. brachia pallida:* Amoris expressit effectum. Vnde alibi ait:

Palleat omnis amans, color est hic aptus amanti.

Vix bene impositum lecto prospexerat Iphin.] *Bene* addit poeta

poeta, ut maiorem ostenderet festinationem. Sic alibi: *Vix bene desierat*. Et: *Vix bene missus erat*. Et infra: *Vix bene desierant. Diriguere oculi,*] Sic Virg.lib.VII.

At iuueni oranti subitus tremor occupat artus.
Diriguere oculi, tot Erinnys sibilat hydris.

-calidusq. e corpore sanguis Inducto pallore fugit.] Liber meus, & Caeleſt. multo rectius habent, *Calidusque pectore. Quod fuit in duro iampridem corpore, saxum.*] In ijſdem lib. eſt hoc quoq. loco *Pectore*, non *Corpore*. *Quod fuit in duro &c.* Videtur poeta attingere Deucalionis, & Pyrrhae fabulam, quorum opera, Ioue annuente, & permittente, ex lapidibus, quos iecerant, homines facti sunt. Vel, quod initio, cum ab Iphi amaretur, ita dura & acerba eſſet Anaxarete, ut ea in duritie ad extremum uſque immobilis & pertinax permaneret. *-dominae sub imagine signum Seruat adhuc Salamis.*] Vſq. huc ſtatua Anaxaretes in ſaxum conuerſae, eſt Salaminae. Superius, ex C. Velleio Paterculo, annotauimus, Salaminam conditam fuiſſe a Teucro, Telamonis filio. Sciendum praeterea, Salaminam Iouis delubris, ſicut Paphum Veneris templo, inſignem fuiſſe. Auctor Marcellinus lib. XIV. *-& anilia demit.*] In meo, *Dempsit*. *-inque figura Capta dei &cet.*] Ita S. O. L. & recte. Quidquid Regius comminiſcatur, mihi non eſt ignotum. *Proximus Ausonias iniusti miles Amuli Rexit opes.*] Intermiſſam proſequitur hiſtoriam, de qua ſic IV. Faſt.

Quem sequitur duri Numitor germanus Amuli,
Ilia cum Lauro de Numitore sati.

Proximus: ſubaudi, Procae, ex quo Numitor, & Amulius geniti ſunt. *iniusti miles Amuli:* Pro eo, quod eſt, Iniuſtus Amulius. Sic Horatius:

Virtus Scipiadae, & mitis sapientia Laeli.

Numitorq. senex amissa nepotum Munere regna capit.] Totam hanc ipſam rem ita litteris conſignauit auctor de uiris illuſtribus, quem docti quidam uiri Cornelium Nepotem uocant. *Proca*, inquit, *rex Albanorum, Amulium & Numitorem filios habuit, quibus regnum annuis uicibus habendum reliquit, & ut alternis imperarent: sed Amulius fratri imperium non dedit, & ut eum sobole priuaret, Rheam Sil*

uiam,

uiam, filiā eius, Vestae sacerdotem, praefecit, ut uirginitate perpetua teneretur; quae a Marte compressa Romulum & Remum edidit. Amulius ipsam in uincula compegit: paruulos in Tiberim abiecit, quos aqua in sicco reliquit. Ad uagitum Lupa adcurrit, eosq. uberibus suis aluit. Mox Faustulus pastor collectos Accae Laurentiae coniugi educandos dedit. Quibus etiā uerbis apparet, quare Poeta noster Amulium *Iniustum*, & *Durum* appellauerit. Vide etiam, si uacas, Liuium lib. 1. cuius uerba, quoniam longum erat recensere, huc afferre me pigebat ualde. Hac de re scribit praeterea Iustinus libro XLIII. *-festisq. Palilibus Vrbis Moenia conduntur.*] Ita uet. lib. uulgati uero habent *Parilibus*. Quaenam scriptura retinenda sit, cōnsule Orthographiam iuuenis utriusq. linguae intelligentia praestantis, Aldi iunioris. *-festisq. palilibus Vrbis Moenia conduntur.*] Huc mirifice facit, quod scribit C. Velleius Paterculus lib. 1. *Sexta*, inquit, *Olympiade, post duos & uiginti annos, quam prima constituta fuerat, Romulus, Martis filius, ultus iniurias aui, Romam Vrbem Palilibus in Palatio condidit. A quo tempore ad nos consules anni sunt* DCCLXXXII. *Id actum post Troiam captā annis* CDXXXVII. Solinus uero ait ann. CDXXXIII. Alij CDXXXII. Qui dies fuit XI. Kal. Mai. Cice. lib. II. de Diuinat. At Zonaras X. Kal. id fuisse scribit lib. 2. hist. Roman. quem, ut & alij Graeci auctores in Romanis rebus interdum lapsi sunt, errare existimo. Ciceroni enim magis credi oportere, mihi plane persuadeo. Natalen praeterea Vrbis a Romanis XI. Kal. hodierno die celebrari uidemus. In uetere quoq. Kalendario Romano PAR. est, XI. Kal. Maij. *-Tatius, patresq. Sabini* Bella *gerunt.*] liber meus, & Caeleſt. *Tatiusque, patresq. -arcisq. uia Tarpeia reclusa, Dignam animam poena congestis exsuit armis.*] Rectius, opinor, legitur in meo, *Edidit*, non *Exsuit*. De bello cū Tatio & Sabinis gesto, ac de Tarpeia, sic scribit Cornelius Nepos: *Sabini ob raptas, bellū aduersus Romanos sumpserunt, &, cum Romae appropinquarent, Tarpeiam Virginem nacti, quae caussa aquae sacrorum gratia hauriendae descenderat, & T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium perduxisset Illa petijt, quod in sinistris illi manibus gerebant, uidelicet anulos, armillas, quibus dolose repromissis,*

missis, Sabinos in arcem perduxit: Vbi T. Tatius scutis eam obrui praecepit. Hoc postremum Liuius testatur esse fabulam. Quod cuilibet ex eius lib. 1. in promptu est. *-Tatiumq. accedere regno.*] Liber meus, *Excedere regno*. *Occiderat Tatius,*] interfectus erat. *duobus populis*] Romanos & Sabinos intelligit. *Romule iura dabas*.] ἀποστροφή. *Tempus adest genitor.*] Martis oratio, ad Iouem, qua, ut Romulum, filium suum, in Deorum numerum referat, precatur: commemorans, se olim id ei palam aliis Diis effecturum recepisse. *Praemia iam promissa mihi*. *mihi:*] Marti, Romuli patri. *-dignoq. nepoti*.] Romulo, filio meo. Quo modo Romulus erat Iouis nepos, Ratio est, quoniam Iuppiter dictus est Deorum, atq. hominum pater. Itaq. Iuppiter erat Martis pater, ex quo, Romulum satum esse, antiquitas credidit. Hoc autem modo Romulus est Iouis nepos. *-memoriq. animo pia uerba notaui*.] Sic libri scripti. Alij inepte, *Tua uerba*. *Vnus erit, quem tu tolles ad sidera caeli*.] Haec sunt uerba, quae de Romulo inter Deos referendo Iuppiter dixerat Marti. Hunc autem uersum paullum immutatum ex Ennio mutuatus est: cuius sunt:

Vnus erit, quem tu tolles in caerula caeli
Templa.

Annotauit & hoc doctissimus Turnebus in Varronē de lingua Latina. Eodem carmine usus est etiam hic noster lib. 11. Fast. ubi locus est adeo huic similis, ut interpretatio paene uideatur.

Nam pater armipotens postquam noua moenia uidit,
Multaq. Romulea bella peracta manu,
Iuppiter, inquit, habet Romana potentia uires,
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum, quamuis intercidit alter,
Pro se, proq. Remo, qui mihi restat erit.
Vnus erit, quem tu tolles in caerula caeli,
Tu mihi dixisti, sint rata dicta Iouis.
Iuppiter annuerat, nutu tremefactus uterq.
Est polus, & caeli pondera nouit Atlas.
Est locus, antiqui Capreae dixere paludem,
Forte tuis illic, Romule, iura dabas.

Sol

Sol fugit: & remouent subeuntia nubila caelum:
Et grauis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether:
Fit fuga: Rex patrijs astra petebat equis.
Luctus erat: falsaeq. patres in crimine caedis:
Haesissetq. animis forsitan ipsa fides.
Sed procul e longa ueniebat Iulius Alba,
Lunaq. fulgebat: nec satis usus erat.
Cum subito motu saepes tremuere sinistrae,
Rettulit ille gradus, horruerantq. comae.
Pulcher & humano maior, trabeaq. decorus
Romulus in media uisus adesse uia.
Et dixisse simul: prohibe lugere Quirites,
Nec uiolent lacrimis numina nostra suis.
Tura ferant, placentq. nouum pia turba Quirinum,
Et patrias artes, militiamq. colant.
Iussit, & in tenues oculis euanuit auras.

-tonitruq. & fulgure terruit Orbem.] Ita liber meus. Caelest. & alii quidam, male habent, *Vrbem.* Significat enim poeta ita caelum tonuisse, ut uniuersus terrarum orbis ruere uisus sit. Quod & Liuius docet, & ex uerbis illis, quae modo recitaui, licet animaduertere: *Nutu tremefactus uterq. Est polus.* Quo modo Romulum in caelum abijsse opinati sint Romani, breuiter scribit auctor de uiris illustribus, ut Historicos alios omittam. *Romulus,* inquit, *cum ad Caprae paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit. Vnde, inter patres & populum seditione orta, Iulius Proculus uir nobilis in concionem processit, & iureiurando firmauit, Romulum a se in colle Quirinali uisum augustiore forma cum ad deos abiret, eundemq. praecipere, ut a seditionibus abstinerent, uirtutemque colerent, futurum ut omnium gentium domini exsisterent. Huius auctoritati creditum est. Aedes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus, & Quirinus est appellatus.* Quae hic a Nepote narrantur, intelligi item possunt ex carminibus illis lib. II. Fast. quae supra citaui. *Reddentemq. suo non regia iura Quirini Abstulit Iliaden.*] Liber meus, *Reddentemq. suo tunc regia.* Quod uidetur non improbandum. Caelest. uero, *Regalia iura.* Do-

ctioribus

ctioribus tamen iudicandum relinquo. *limite curuo.*] Idem Caeleſt. *Tramite curuo. dicere promptum eſt:*] Sic ſupra: *Nec mihi dicere promptum. caelum accepiſſe uidebor.*] Idem liber, & unus Maffeianus, *Adſpexiſſe fatebor*: Quod non diſplicet. *oramq. uocat.*] In eodem Caeleſt. atque altero Maffeiano legitur, *Horamque,* cum adſpiratione: quemadmodum item eſt in alijs quibuſdam lib. ſcriptis.

HERCV-

HERCVLIS. CIOFANI
SVLMONENSIS
IN . P. OVIDII . NASONIS
METAMORPHOSEOS
LIB. XV

Obseruationes.



VAERITVR *interea, quis tantae pondera molis Sustineat.*] Liuius lib. XXXVI. *Philippus tum te quieto totam molem sustinebat belli. Et pete diuersi lapidosas Aesaris undas.*] In meo, *I, pete. -crimenq. patens*] In eodem lib. *Crimenq. patet. O cuius caelū bis sex fecere labores,*] Herculis labores epigrammate illo, quod nonnulli adscribunt Ausonio Gallo, nonnulli uero Virgilianum esse uolunt, continentur. Sunt & qui neutri esse affirment. Ego tamquam non insuaue ponendum hic duxi:

Prima Cleonei tolerata aerumna Leonis.
Proxima Lernea ferro, & face contudit Hydram.
Mox Erymantheum uis tertia perculit Aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua Cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
Septima in Augeae stabulis impensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea Tauro.
In Diomedeis uictoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam,
Vndecimum mala Hesperidum distracta triumphum.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Extat & de hac re Boetij Phalaecucium carmen lepidissimum. Horum omnium laborum sextus fuit maximus. Plautus in Epidico:

Oh Hercules ego fui, dum illa mecum fuit: neq. sexta aerumna

Acer-

Acerbior Herculi, quam illa mihi est obiecta.

Idem in Menaechmis:

Si non saltas, exsac igitur, nimio ego hanc periculo
Surripui hodie, meo quidem animo, ab Hippolyta succingulũ
Haud Hercles aeque magno umquam abstulit periculo.

Mos erat antiquis, niueis, atrisq. lapillis.] Caelest. *Mos erat antiquus, nigris, albisq. lapillis.* Illud rectius uidetur. *Salentinumq. Neaethum.*] Ita hunc locũ corrupit Regius. Liber meus, tres Vatic. & Caelest. *Salentinumq. Veretum.* Duo Maffei, & alii quidam, *Neretum* Vtrumq. comprobat Plinius extremo cap. XI. lib. III. Vbi ita est: *Salentinorum, Aletini, Basterbini, Neretini, Valentini, Veretini.* De Vereto etiam Strabo lib. VI. Sed an de hoc loquatur, pronunciare non liquet. Meminit etiam Vereti, & Nereti Ptolemaeus lib. III. cap. I. Ponitq. utrumq. in Salentinis, quemadmodum Plinius. Veretum hodie Italico sermone uocant *Vetrana.* Ab hac, quam nos reperimus, lectione non admodum aliena erat illa, quam Regius inuenerat, *Salentinumq. Nerethum.* Nam N. & V. facile alterum pro altero a librarijs scriptum esse, nemo ignorat. Hoc idem saepissime contigisse uidimus etiam in impressis libris. In alio Vaticano est, *Verethum. -Temesimq.*] Tres Vatic. Caelest. & meus, *Nemesemq. -Aesarei.*] Liber meus, & unus Vatic. *Aeserei.* VIR *fuit hic ortu Samius*] Pythagoram exstitisse Numae Pompilij tempestate, omnino fabulosum est. Sed licet poetis, uulgo receptas opiniones etiam falsas sequi. Certe quidem Numa Pompilius incoepit regnare ab annis mundi CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC.XXXXX. Ante Saluatoris nostri IESV CHRISTI natalem DCCXII. Pythagoras uero fuit anno mundi. CIↃ. CIↃ. CIↃ. CD. XXXIX. atq. ante CHRISTI ortum DXXIII. M. Tullius lib. I. Tuscul. disput. docet, quo tempore fuerit Pythagoras. Eius uerba sunt: *Pythagoras cum, Superbo regnante, in Italiam uenisset, tenuit magnam illam Graeciam cum honore, & disciplina, tum etiam auctoritate: multaq. saecula postea sic uiguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alij docti uiderentur.* Idem sub principiũ l. IV. *Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus ijsdem, quibus L. Brutus patriam liberauit, praeclarus auctor nobilitatis suae.* Ac

postea subdit ipse M. Tullius coniecturam quãdam, qui docet, quo modo posteri crediderint, Numam fuisse auditorem Pythagorae. Si quis uero auet scire, quot anni ab urbe C. praeterijssent, cum Brutus Romam liberauit: respondet illi Liuius extremo lib. primi, exactos esse annos CCXLIV. *Quid Deus, unde niues, quae fulminis esset origo.*] Ad hunc forte uersum respexit Statius v Sil.

Quis Deus, unde ignes, quae ducat semita solem.

Arguit imponi.] Ita uet. lib. Alii malunt, *Arcuit. -sunt deducentia ramos Pondere poma suo. -deducentia:* idest, quae curuant, flectunt. Superius idem dixit aliis uerbis:

-sunt poma grauantia ramos. Et alibi:

Nulla premunt ramos pondere poma suo. Et:

Dum bene diues ager, dum rami pondere nutant.

Lucretius lib. I.

ramisque uirescunt

Arboribus: crescunt ipsae, fetuq. grauantur.

Sunt herbae dulces.] Pulchra repetitio. *-sunt quae mitescere &c.*] Altera repetitio. His omnibus probat, quid hominibus sit faciendum, ut a carne, qua in comedendo uti solent, abstineant. *-sunt quae mitescere flamma, Molliriq. queant, nec nobis lacteus humor Eripitur.*] Liber Caelest. & meus habent, *Sunt quae mitescere possunt, Molliriq. famem, nec uobis lacteus humor Eripitur. Armeniae tigres.*] Sic supra. *-in uiscera uiscera condi.*] Ita legẽdum, tum uet. librorum fide, tum ẽt exposcente ratione. *-ritusq. Cyclopum.*] Sic o. l. s. Opinor autem, eos falli, qui legunt, *Rictusq. Cyclopum.* Cyclopes quare dicantur, docet Hesiodus in Theogonia his uerbis:

κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμ', οὕνεκ' ἄρα σφέων,

κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

Et male morati uentris] dissoluti, uoracis. *-cui fecimus Aurea nomen.*] Hac locutione usus est quoq. in primo: *Lactea nomen habet. Incaluisse potest.*] In Caelest. & meo, *Incaluisse putes. -& prima putatur Hostia sus meruisse mori: quia semina pando Eruerat rostro, spemq. interceperat anni. Vite Caper morsa Bacchi mactatus ad aras Dicitur ultoris. nocuit sua culpa duobus. Quid meruistis oues, placidum pecus &cet.*] Persimilis locus est lib. I. Fast. Vbi ita est:

Prima

Prima Ceres auidae gauisa est sanguine porcae,
Vlta suas merita caede nocentis opes.
Nam sata uere nouo teneris lactentia succis
Eruta setigerae comperit ore suis.
Sus dederat poenas, exemplo territus huius
Palmite debueras abstinuisse Caper.
Quem spectans aliquis dentes in uite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit.
RODE Caper uitem: tamen hinc, cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.
Verba fides sequitur: noxae tibi deditus hostis
Spargitur effuso cornua Bacche mero.
Culpa sui nocuit: nocuit quoq. culpa capellae:
Quid bos, quid placidae commeruistis oues?

Quia semina pando Eruerit rostro, spemq. interceperit anni:] Eadem exemplaria habent, *Eruerat, & Interceperat. -uittis praesignis, & auro.*] ἓν διὰ δύο. Hac figura usus est etiam lib. III. *Cristis praesignis & auro. -pectore fibras.*] Liber meus, *Corpore. palantesq. homines,*] Ita quoq. loquuntur Lucretius, Sallustius, Virgilius, & Liuius. *-trepidosq.*] Caelest. *Timidosq. -sortemq. euoluere fati.*] Emenda, ac corrige, auctoribus optimis quibusq. scriptis libris, *Seriemq. euoluere fati. -gelidae mortis.*] Optimo, ac proprio usus est epitheto. Sic & alibi:

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago.

Morte carent animae, semperq. priore relicta Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq. receptae.] In hac praua, atq. inepta prorsus haeresi fuerũt Druydae, gens quaedam Gallica. Qua de re Caesar lib. VI. de bello Gallico: *In primis hoc uolunt persuadere, nõ interire animas, sed ab alijs post mortẽ transire ad alios; atq. hoc maxime ad uirtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* Tangit & hanc rem Amm. lib. XV. *Ipse ego (nam memini Troiano tempore belli Panthoides Euphorbus eram.)* Huius rei meminit Philostratus in uita Apollonii lib. IIX. *Cuncta fluunt.*] Expressit Graecam sententiam: ῥεῖ πάντα καὶ οὐδὲν μένει. *-sed ut unda impellitur unda.*] Liber meus, & Caelest. *Sed ut unda repellitur unda.* Placet. *Vrgeturq. eadem ueniens.*] Ita uet. o. Quidam uulgati habent, *Vrgeturq. prior. Cernis & emensas &c.*] Idem

liber meus. *Cernis ut. -terraeq. procul contagia fugit.*] Caeleſt. *Contagia uitat. Nec par, aut eadem nocturnae forma Dianae Eſſe poteſt uſquam.*] In ijſdem uet. *Eſſe poteſt umquam.* Quod recipi poteſt. *tunc herba nitens.*] Sic omnes libri s. Alij perperam legunt. *-tunc herba recens, & roboris expers Turget.*] *Turget*: ὀργᾷ. *Ludit ager.* Eodem modo dicuntur, *Prata ridere. Tranſit in aeſtatem poſt Ver robuſtior annus:*] & reliqua: Enumerat uiciſsitudines, quae fiunt toto anno; ac deſcribit quattuor anni tẽpora. Quae alibi quoque non inſuaui diſticho complexus eſt:

Vere prius flores, aeſtu numerabis ariſtas,
Poma per Auctum, vim, frigoribuſq. niues. Et:
Poma dat Auctumnus, formoſa eſt meſſibus aeſtas:
Ver praebet flores, igne leuatur hiems.

-uenit horrida paſſu.] Ita uet. libri. Alii, Horrida uiſu. Ego nihil muto. *Speſq. hominum primae materna habitauimus aluo.*] Liber meus, *Primae matriſq. habitauimus aluo.*] Caeleſt. *Primo matriſq. &c. -adiutis aliquo conamine neruis.*] Liber meus, *Adiunctis.* Caeleſt. *Adiutis aliquo conamine membris.* Non ſatis placet. *-qui fuerant ſolidarum more ferarum.*] Lib. meus, *More. -ut in ſpeculo rugas conſpexit aniles.*] Ijdem lib. *Adſpexit aniles.* Perplacet. *Tyndaris*] Helena. Haec Tyndari filia putabatur, cum uere fuiſſet Iouis, qui in Cygnum cõuerſus cum Leda, rem habuit, quae ouum peperit, ex quo nata eſt Helena. Tyndaris autem Patronymicum eſt gen. feminini. Alibi:

Caſtori, Amyclaeo, & Amyclaeo Polluci
Reddita Mopſopia Tyndaris urbe ſoror.
Tyndaris Idaeo trans aequora ab hoſpite rapta
Argolicas pro ſe uertit in arma manus.

Illud ſciendum, Helenam, ut ex Steſichoro refert Scholiaſtes Euripidis, iuſsã eſſe lapidibus obrui; ſed ij, quibus hoc mãdatum erat, ſimulatq. eius adſpexerunt uultum, lapides in terram demiſerunt. *-cur ſit bis rapta,*] Helena primum rapta eſt a Theſeo: cuius rei exſtat elogium illud ipſius Ouidij.

A iuuene & cupido credatur reddita Virgo? Et:
Te rapuit Theſeus. Et:
Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit umquam:

Tam

Tam bona constanter praeda tenenda fuit.

Deinde a Paride: cuius raptum omnium optime perse cutus est Coluthus Thebeus. *-tuq.inuidiosa uetustas.*] Lib. Caelest.*Inuidiosa senectus*. Illud magis probo. *Quasq. uices peragant.*] Liber meus, *Quasq. uias peragant*. Nihil muto. Manilius sub principium lib.I.

Quasq. uices agerent, certa sub lege notauit.

Quasq.uices peragant (animos adhibete)docebo.] Vir.lib.XI.

-& paucis, animos adhibete,docebo.

Aeraq.humor abit.] Idem liber meus,*Aeraq.humor habet*. Quod rectius puto. Nonnulli, *Aeraq.humor adit. Hinc in aquas:*] Idē meus, *Hic in aquas*.Si legatur,*Hinc in aquas*, refe rendū est ad ignē.Si uero,*Hic in aquas*, ad aerem & subaudiēdum, *Transit*. Quamquam etiam illud HINC, exponi potest, ex Aere. *Ex alijs alias reparat natura figuras.*] Liber meus,*Ex alijs alias reddit*. *Nec perit in tanto.*] Sic Caelest. Meus uero, *Nec perit in toto*. Probo. *-alioq.renascitur ore.*] Ita idē Caelest.At meus multo rectius,ut opinor,*Alioq.renascitur orbe.Orbe:*Idest,alia regione,alio loco.Sic & alibi:

Victor abes: nec scire licet, quae caussa morandi;

Aut in quo lateas ferreus orbe licet. Et supra l.IV.

Constitit Hesperio, regnis Atlantis in orbe.

Vnde die gelida est, ortuq. obituq. calescit.] De hoc fonte ita Lucretius lib. VI.

Esse apud Hammonis fanum fons luce diurna.

Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.

De quo etiam sic Curtius lib. III.cuius haec ibi leguntur: *Est etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, aquam solis uocant, sub lucis ortū tepida manat: medio die, cum uehementissimus est calor,frigida eadem fluit: inclinato in uesperam calescit: media nocte feruida exaestuat,quoque propius nox uergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum diei ortum assueto tempore languescat*. Et Plinius cap. CIII.lib.II. *Iouis Hammonis fons interdiu frigidus noctibus feruet*. Hoc, quod ad Hammonis fontem pertinet, collegit Frater meus,M. Antonius.Qui & alia quaedam aggressus est,quae,si edentur, studiosis,ut spero,non displicebunt. *Crathis & hinc Sibaris uestris conterminus oris, Electro similes faciunt,auroq.capillos.*] Crathidis fluuij,qui flauum capillū

efficit, ac reddit, meminit etiam Euripides in Troadibus, qui eandem, quam hic Poeta noster ei tribuit, naturā habere memoriae prodidit. *Clitorio quicumq. sitim de fonte leuarit.*] Lib. quidam ueteres, *Leuauit*. De hoc fonte legitur epigram. Graecum apud Vitruuium lib. IIX. c. III. *gaudetq. meris abstemius undis.*] *Abstemius*, inquit Nonius, *est, qui uino abstinet*. Appuleius: *In te fuisti Athenis parcus, atq. abstemius*. Idem in lib. Ludicrorum: *Abstemius est, immo scit, quo rete leporē tenebat, lupū nō tenere*. Lucil. Saty. lib. VI.

Thaunomeno, inquit, ualua sororem
Lanificam dici siccam, atq. abstemiam ubi audit.

Varro de uita P. Romani I.

Quantopere abstemias mulieres noluerint
Esse, uel ex uno exemplo potest uiderier.

Haec ille. *Lyncestius amnis.*] Lib. s. *Lynchestius*. *gutture traxit.*] Liber meus, & Caelest. *Gurgite*. *tempusq. fuit, quo nauit in undis, Nunc sedet Ortygie.*] Huc mirifice faciunt, quae leguntur in scholijs in Pindarum, quibus Ortygiam, quemadmodum hoc quoq. loco ait poeta noster, insulam fuisse, deinde ob terram, circa eam cōgestam, Paeninsulam effectā; docetur. Η δὲ Ορτυγία, πρότερον μὲν οὖσα νῆσος, ἡ τα προσχωθεῖσα, χέρρ ονησος γέγονεν. *Spirādi mutare uias,*] Liber meus, *Mutare uices*. *sulfura fumis.*] Caelest. *Flammis*. *Naturaeq. suum nutrimen deerit edaci.*] Liber meus, *Deerit nutrimen edaci*. Qui numerus mihi magis arridet. *membra ueneno.*] lib. s. *Venenis* numero multitudinis. *Corpora tabuerint.*] Liber meus, *Tabescunt*. *I quoq. delectos.*] Idem liber, *Dilectos, per i.* quo modo placet Festo. *Pressus humo bellator equus crabronis origo.*] Aliter Seruius ī primo Aeneid. cuius haec sunt: *Proprie tamen apes uocantur ortae de bobus: Fuci de equis: Crabrones de mulis: Vespae de asinis.* Cum poeta nostro facit Plinius lib. XI. cap. XX. Quo fit, ut Seruium alucinari existimem. *Nec catulus partu quem reddidit Vrsa recenti.*] Hac de re Aelianus de hist. anim. lib. 2. cap. 19. & lib. 6. cap. 3. *quantum capit ipsa, reducit.*] liber Caelest. *Quātum cupit. Haec ubi quinque suae compleuit saecula uitae,*] Hoc est quingentos annos. Plinius uero, ut & alii notarunt, testatur, Phoenicem uiuere annos DCLX. De cuius aetate sic Ausonius:

Hos

Hos (homines) *nouies superat uiuendo garrula Cornix,*
Et quater egreditur cornicis saecula Ceruus.
Alipedem Ceruum ter uincit Coruus, & illum
Multiplicat nouies Phoenix reparabilis ales.

Alibi poeta noster ob hanc ipsam caussam appellat *Viuacem:*

Et uiuax Phoenix unica semper auis.

Et Statius lib. III. Sil.

Quae sibi praesternat uiuax altaria Phoenix.

De Phoenice exstat elegia apud Lactantiũ, ubi, quae ad eam auem pertinent, uenuste describuntur. Haec auis uisa est in Aegypto eo anno, quo decessit Tiberius. Auctor Xiphilinus sub finem eiusdem Tiberij uitae. Atq. ibi testatur, eam ipsam auem illius mortem portendisse. *-& duro nidum sibi construit ore.*] Liber meus, & Caelest. *Et puro. Desinet ante dies.*] Iidem libri, & duo Vatic. *Deseret ante dies.* Quod melius est, & magis Latine dictum. *-quam consequar oĩa dictis.*] Lib. s. *Omnia uerbis. -sic oĩa uerti Cernimus.*] Liber meus, *Sic tẽpora. - Amphionis arces.*] Amphion fuit Iouis filius, ut ait Seneca, cuius haec sunt, ubi loquitur de Thebis

Cuiusq. muros natus Amphion Ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens.

Et Euripides initio Herc. Furentis. Ἀμφίον', ὅδε ζῆθον, ἐκγόνω Διὸς. Lege etiam Probum in Ecl. 2. Virg. Hoc iccirco annotaui, quoniam non satis liquido constat, cuius fuerit filius Amphion. Hic autem, ut Graeci auctores tradunt, ea clementia, ac benignitate fuit, ut ijs, qui sub suo erant imperio, numquam quidquã nisi aequum atq. honestum imperauerit: tantaq. eos beneuolentia, & lenitate ad se amandum alliciebat, ut cum Thebas conderet, omnes suapte spõte uno consensu, quae ad aedificia struẽda necessaria essent, ei suppeditauerint. Iccirco finctum esse Amphionem, ad cuius fontẽ lapides accurrebãt, Thebas condidisse. Cum illis facit & Hyginus. *Oedipodioniae Thebae.*] Hoc epitheton ex hoc loco mutuatus est Lucanus lib. IIX.

Oedipodionias infelix fabula Thebas.

Pandioniae Athenae.] Athenarum ultimus rex fuit Codrus, Melanti filius. Paterc. lib. I. *& olim Immensi caput orbis*

bis erit.] Lib v.Fast.

Hic, ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,
Et paucae pecudes, & casa rara fuit

Fatidicasq. ferunt sortes.] Libri scripti, *Vaticinasq.* Quod libentius sequor. *-pecudumq. in pectora condi,*] Liber meus, *Pecorumq.* Vatic. *In corpora.* *-ituli qui guttura cultro Rumpit.*] Libri Vatic.& meus, *Corpora cultro.* *-alimenta congrua carpant.*] Lib. uet. *Alimentaq. mitia carpant.* *-offensane repulsae Arguit: immeritumq. pater proiecit ab Vrbe.*] Libri calamo descripti:

Offensa ne repulsae
Damnauit, meritumq. nihil pater eijcit Vrbe.

Quod uehementer mihi placet. Qui uersus solum differt a lib. meo, quod in eo est, *Pater eicit ab Vrbe.* *Eijcit Vrbe.*] Teren. in Andria: *Quamobrem eijciat oppido.* Aliter loquitur Nouius, siue Naeuius Danae: *Indigne exigor patria innocens.* Et aliter Turpilius Lemniis:

Propter peccatum paulixum indignissime
Patria prolatum esse sacuitia patris.

Citat Nonius in uerbo *Protelandi*, id est excludēdi. *-summoq. cacumine findi.*] Vatic.& meus, *Cacumine fundi.* *-arrectisque auribus horrent Quadrupedes.*] Proprie hoc de pecudib. dicitur. Translate autem Terentius in Andria: *Arrige aures, Pamphile.* Et Virg. lib. 11. Aeneid. *-atque arrectis auribus adsto.* *-perpetuum quae circum uertitur axem.*] Duo Vatic. Caelest.& meus. *Voluitur axem.* *-& disiecta fuisset.*] Liber meus, *Ac deiecta.* *-neruosq. in stirpe tenens.*] Vatic. & meus, *Neruos*, sine coniunctione. *Num potes, aut audes &c.*] Liber meus, *Nunc potes.* Vnus Vatic. *Non potes.* Alius, *An potes.* In Caelest. est, ut in impressis, quod sequendum arbitror. *-atq. assentior illi.*] Liber meus,& Caelest. habent, *Atque acceptior illi.* Quod si recipiatur, *Acceptior*, ualet carior, & subaudiendum uerbum *Sum.* *-motis adspexit in aruis.*] Eadem exemplaria, *Me.ijs adspexit in aruis. Indignae dixere Tagen, qui primus Etruscam Edocuit gentem casus aperire futuros.*] Huius Tagis haec mentio est apud Ammianum. lib. XXI. *Diuinationis Tages quidam monstrator (ut fabulantur) in Etruriae partibus emersisse subito uisus e terra.* *-non ferro stabat adacto.*] Vatic. *Cum ferro.* Liber meus, *Cum ferro stabat adempto.*

pio. Seu laetum est aliquid patriae, populoq. Quirini:] Liber meus, & Caelest. *Seu laetum est patriae, laetum populoue Quirini*. Rectius omnino: ac uera & germana mihi uidetur lectio. *-o salue. tibi enim, tibi, Cippe, tuisq.*] Liber meus, *Tibi enim iam Cippe tuisq*. Quod magis probo. *-portasq. intrare patentes Appropera.*] Lib. Caelest. *Ha propera*. Liber meus, *A propera*. Quod idem est. Nã *A* & *Ha*, ut supra testatus sum, pro eodem a librariis antiquis scriptitatum est: a recentioribus uero *Ah*. Ex *A, propera* uulgo factum est *Appropera*. *-grauemq. senatum Conuocat.*] Sic Plautus in Epidico: *Iam senatum conuocabo in corde consiliarium*. M. Tullius in 1. orat. in Catilinã: *Quid, quod hesterno die, cum domi meae paene interfectus essem, Senatum in aedem Iouis Statoris uocaui*. *-cornua fronde Velat.*] Liber Caelest. *Cornua lauro*. *-sed perconsusa trementis.*] Ita lib. s. Vulgati quidam, *Trementis*. Perperã. *-quem poscitis, inquit, habetis.*] Lib. Caelest. *Quem quaeritis*. Alii quidam, *Quem noscitis*. *At proceres quoniam muros intra reuetaris,*] Caelest. *Quoniã portas. Cornuaq. auratis.*] Ita uet. *-sacris arcesseris Vrbis*] In meo, & Caelest *Accesseris*. In uno Vatic. *Adieceris*. Quod non displicet. *squalebant corpora morbo.*] In meo, *Corpora tabo*. *-corpora mouit*:] Caelest. & meus, *Pectora mouit*. *-prolemq. accersite nostram.*] Aesculapium, filium meum, aduocate. Liuius sub finem lib. x. *Inuentum*, inquit, *in libris, Aesculapium ab Epidauro Romam accersendum. Neq. eo anno, quia bello occupati consules erant, quidquam de ea re actum, praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est*. Et lib. XXIX. *Nullas dum in Asia socias Ciuitates habebat P. Romanus: tamen memores Asculapiũ quoq. ex Graecia quomdam haud dum ullo foedere sociata, ualetudinis Populi caussa, accersitum*. Quo modo Aesculapius Apollinis filius sit habitus, Seruius te docebit, exponens illud Virgilii lib. x.

Inde Lycam ferit, exsectum iam matre perempta,
Et tibi Phoebe sacrum.

-certant addicere sortes.] Lib. meus, *Certant has dicere sortes*. Vatic. *Certant ita dicere. In quantum uerti caelestia corpora possunt.*] Vet. lib. *Corpora debent*. *Conueniunt operosa dei.*] lib. meus, *Perueniunt*. *-sibila misit.*] lib. scripti, *Sibila mouit*. *-cognouit numina, castos Eminctus uitta crines albente sacerdos.*]

Vatic.

Vatic.& lib.meus, *Numina cartus &c.* Atq. ita quoq.legit Ob.Gifanius ex antiquis libris.& uera est lectio. *En Deus est, Deus est.*] Liber Caelest. *En Deus, en Deus est.* -*animis, linguisq. fauete.*] Alibi:

Prospera lux oritur linguisq. animisq. fauete:
Nunc dicenda bono sunt bona uerba die. Et:
Sed iam pompa uenit, linguis, animisq. fauete,
Tempus adest plausus, aurea pompa uenit. Et:
Ore fauent populi tunc, cum uenit aurea pompa,
Ipsa sacerdotes subsequiturq. suos. Et:
Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum,
Quae, puto, didicerit iam bona uerba loqui.

Iuuenalis:

Ite igitur pueri, linguis animisq. fauete.

Seruius explanans illud Virgilii, *Ore fauete omnes. Apto* inquit, *sermone usus est, & sacrificio & ludis. Nam in sacris taciturnitas; in ludis necessarius fauor est, quem propter plausum futuris spectatoribus dat. Fauet autem ore quis etiam per taciturnitatem.* Horatius: *Fauete linguis carmina non prius audita Musarum sacerdos.* Haec ille. Seneca de uita beata: *Quoties mentio sacrarum litterarum interuenit, fauete linguis. Hoc uerbo, non, ut plerisq. existimant, abstrahitur, sed imperatur silentium, ut rite possit peragi sacrum, nulla mala uoce uel ore obstrepente.* -*& uoce & mente fauorem Annuit his.*] Lege, ut habēt duo Vatic. meus, & Caelest. *Et mente, & uoce.* Primū enim mente concipimus; deinde, quae cōcepimus, proferimus. -*caesoq. in litore tauro.*] Hunc morem ostendit & Virgilius lib. III. Aeneid.

Caelicolum regi mactabam in litore taurum.

Et lib. I. Georg.

Votaq. seruati soluunt in litore nautae
Glauco.

-*laeuis Amphrysia remis Saxa fugit.*] Lib. Vatic. & Caelest. habent, *Leuibusq. Amphrysia.* Liber meus, & unus Maffeianus, *Laeuaq. Amphrysia remis, Laeua*, uel sub manu, uel parte. Quae lectio omnium optima est: quaeq. pristinum candorem, ac splēdorem recuperauit. Sequitur enim, *Dextra praerupta Ceraunia parte.* Verum in uno tantum Maffeiano est, *Ceraunia*: in aliis antiquis, *Celenia. Romechiumq. legit,*]

Ita

Ita est in meo, & utroq. Maffei. In Caeleſt. & uno Vaticano, *Plemiriumq.* In alio Vatic. *Pleniriumq.* Rationes quaere ab aliis, quae lectio retinenda ſit. Scripſit quiddam de hoc loco & Turnebus lib. I. Aduerſariorum c. XXVI. Sed quod mihi quidē animū non explet. -*Temeſeſq. metalla.*] Statius:

Et quis te totis Temeſe dedit hauſta metallis.

Leucoſiamq. petit,] Ita unus Maffei. Liber meus, *Leuconiamq.* Duo Vatic. & alter Maffei, *Leucoriamq.* Alii uolunt, *Leucorumq.* Ego, quo modo ſit legendum, nondum ſtatui. *Inde legit Capreas, promontoriumq. Mineruae,*] Liber meus, *Promuntorium, per* V *in ſecunda ſyllaba.* Sic memini me ſcriptum uidiſſe in libro uiri doctiſsimi, Fului Vrſini. Quo modo antiqui & ſcribebant, & pronunciabant. -*& in otia natam Parthenopen*] Hanc Horatius *Otioſam* uocat. -*niueiſq. frequens Sinueſſa colubris, Minturnaeq. graues.*] Sinueſſa, & Minturnae, fuerunt Romanorum coloniae, anno ab V. C. CDLVII. deductae. Liuius lib. X. *Itaq. placuit, ut duae coloniae Veſcinium, & Falernum agrum deducerentur; una ad oſtiū Liris fluuij, quae Minturnae appellatae; altera in ſaltu Veſcino Falernum cōtingente agrū, ubi Synope dicitur Graeca Vrbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata.* -*& ſpiſſi litoris Ancon.*] unus Vatic. *Et ſparſi litoris Ancon.* In lib. Caeleſt. aperte legitur, *Et ſpiſſi litoris Anxur.* Quae lectio fortaſſe cauſſa erit, ne amplius ſuper hoc, de quo agitur, loco digladierur. Regius, ut omnes iam ſciunt, rationibus ſatis firmis ex *Ancon, Antium* fecit. Sed repugnant ſcripti oēs lib. Alii uero adhuc *Ancon* legendum eſſe contendunt, ut eſt in omnibus calamo notatis; uno illo, quem dixi, Caeleſt. excepto. Cuius libri lectionem omnibus, quotquot uſq. huc editae ſunt, multo ueriorem puto. *Anxur,* ut notauit Feſtus, uocabatur, quae nunc *Tarracina* dicitur, Volſcae gentis, ſicut ait Ennius:

Volſculus perdidit Anxur.

Et Liuius extremo l. IV. *Anxur fuit, quae nunc Tarracinae ſunt, Vrbs prona in paludes.* Haec Vrbs, celeberrimū portum, ac ſatis capacem olim habuit: cuius adhuc ueſtigia cernuntur. Huius rei teſtes habeo Brutum Gottifredum, patricium R. Hieronymum Lantem, rei militaris peritiſsimum, ac ducem praeſtantem: eiuſq. fratris filium, iuuenē amabi-

amabilissimis moribus, atq. ad omnẽ laudẽ natum Augustinũ, Patricios Pisanos: M. Sophroniũ Fundanum, & Leonardum Stibium Maranthinũ, uiros Latinis litteris nõ parum instructos. Atq. hoc forte est, quod annuit lib. Vatic. *Et sparsi litoris.* Sed uidendum diligenter, num obstet superior uersus, *Trachas obsessa palude. -laterumq. a parte deorũ,*] Liber meus, *Laterum de parte duorum. -nec enim de Caesaris actis.*] Duo Vatic. & meus, *Neq. enim de Caesaris actis.* Probo. *Et multos meminisse, aliquos egisse triumphos,* Testatur Velleius Paterculus lib. 2. Caesarẽ quinque egisse triumphos, diuerso apparatu. Eius uerba sunt: *Caesar, omnium uictor, regressus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui cõtra se arma tulerant, ignouit, magnificentissimisq. gladiatorij muneris, naumachiae, & equitũ peditumq. simul elephantorum certaminis spectaculis, epuliq. per multos dies dati celebratione, repleuit eam. Quinque egit triumphos. Gallici apparatus, ex citro; Pontici, ex acantho; Alexandrini, testudine; Africi, ebore; Hispaniensis, argento rasili constitit. -neue Caede Sacerdotis flammas exstinguite Vestae.*] Docet ipse VI. Fast. ignem in aedibus Vestae perpetuo seruari solitum fuisse:

Ignis inexstinctus templo celatur in illo.

Quare alibi appellat *Vigiles flammas:*

Illa potest uigiles flammas exstinguere Vestae.

C. Velleius Paterculus extremo lib. II. *Perpetuorumq. custos Vestae ignium.* Qua de re sic etiam Festus Pompeius: *Ignis si quando exstinctus esset, Virgines uerberibus afficiebantur a Pontifice: quibus mos erat tabulam felicis materiae tamdiu terebrare, quousq. exceptum ignẽ cribro aeneo Virgo in aedem ferret.* Sed non desunt, qui in his Festi uerbis legant, *Verberare,* non *Terebrare. -neue Caede sacerdotis flammas exstinguite Vestae*: Alludit forte hoc loco Ouidius noster ad id, quod refert D. Augus. lib. III. cap. XXIIX. de ciuit. Dei. *Mucius,* inquit, *Scaeuola pont. max. quoniã apud Romanos templo Vestae sanctus habebatur, arcã ipsam amplexus occisus est: ignemq. illum, qui perpetua cura uirginũ semper ardebat, suo paene sanguine exstinxit. Mille locis lacrimauit ebur.*] *Ebur,* hoc est, simulacrum ex ebure confectum. Ita Virg.

Et maestum illacrimat templis ebur.

Significauit & hoc Tibullus:

Et

Et simulacra Deum lacrimas fudiße tepentes.

Iulius praeterea Obsequẽs: *Lupi in urbe uisi, nocturni ulu latus flebiles canum auditi: simulacrum Martis sudauit: fulmen tota urbe peruagatum pleraq. deorum simulacra decussit, homines exanimauit. Nocturnos ululasse canes.*] Hoc ex Obsequentis uerbis intelligi licet. Verum, quod ait Virgilius, maius est: *Pecudesq. locutae.* Vide sub finẽ lib. 1. Georg. *Qua prius infesto Paris est arreptus Atridae.*] In uno Vatican. *Ereptus Atridae. Nata mouere paras?*] Idem liber, Caelest. & meus, habent, *Mouere putas? -illic incisa*] sic unus Vatic. Alii scripti, *Inclusa. -templisq. colatur.*] Caelest. *Locetur.* Illud magis probo. *-natusq. tuus.*] Liber meus, *Natusq. simul. E mathijq. iterum madefient caede Philippi.*] Sic omnes scripti libri. Pessime quidam legunt, *Madescent.* Catullus priorem confirmat lectionem:

Alta Polixenia madefient caede sepulcra.

De bello, apud Philippos gesto, sic Manilius lib. 1. Astronom.

Ciuiles etiam motus, cognataq. bella
Significant, nec plura alias incendia mundus
Sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.

Virgilius:

Romanas acies iterum uidere Philippi.

Romaniq. ducis cõiux Aegyptia taedae Non bene fisa cadet.] Hac de re satis multa litteris mandauit C. Velleius Paterculus lib. II. & Appianus lib. v. de bello Alexandrino, & Zonaras lib. 2. historiae Romanae. *Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.*] Errat Regius, qui ait Canopum ab Vlixis nauis gubernatore esse cognominatũ. Ammianus, & alii, a Menelai. *Capitolia nostra.*] Capitolium unde nomen sortitum sit, ostendit nuper ex Arnobio pereruditus ac diligens iuuenis Theodorus Canterus, Vltraiectinus. Itaque praestat totum caput huc adscribere. Is enim cap. XI. lib. I. sic ait: *Historici, ut Plutarchus, Halicarnasseus, Liuius, atq. adeo alij, qui de antiquitatibus Romanorum scripserunt, unde Capitolium sit dictum, uidentur ignorasse. Quia autem huius uocabuli originem solus Arnobius non uidetur ignorasse, eius uerba, ut rei tam obscurae, & ignotae lucem quandam afferre possim, in*

medium

medium adducere non grauabor. Arnobij uerba haec sunt, ex lib. VI. *Sed, quid ego haec parua? Regnatoris in populi Capitolio quis est hominum, qui ignoret. Toli esse sepulcrum Vulcentani? quis est, inquã, qui non sciat, ex fundaminum sedibus caput hominis euolutum, non, ante plurimum temporis, aut solum partibus ceteris (hoc .n. quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri testimonijs postulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus uobis & Fabius indicabunt: cuius Tolus fuerit filius, gentis & nationis cuius, ut a germanis seruulo uita fuerit spoliatus, & lumine; quid de suis commeruerit ciuibus, ut ei sit abnegata telluris patriae sepultura: Condiscetis etiam, (quamuis nolle istud publicare se fingãt) quid sit capite resecto factum, uel in parte qua curiosa fuerit obscuritatẽ conclusum: ut immobilis uidelicet, atq. fixa obsignati ominis perpetuitas staret. Quod si opprimi par esset, & uetustatis oblitteratione celari, compositio nominis iecit in medium, & cum suis caussis, per data sibi tẽpora inextinguibili fecit testificatione procedere: nec erubuit ciuitas maxima & numinum cunctorum cultrix, cum uocabulum templo daret, ex Toli Capite, Capitolium, quam ex nomine Iouis, nuncupare. Haec Arnobius. Oceano numerem?*] Liber Caelest. *Oceano referem? -iustissimus auctor.*] Ita uet. libri. *Exemploq. suo mores reget.*] Liber meus, & unus Vatic. *Mores geret. -prolem sancta de coniuge natam.*] Sic libri scripti. Atq. ita Catullus in nuptiis Pelei & Thetid.

Inde pater diuum sancta cum coniuge natisq.
Aduenit.

Constitit alma Venus,] *Alma Venus.* Sic Lucret. initio lib. I.

Aeneadum genetrix, hominum, diuum uoluptas,
Alma Venus. Et Virgilius primo Aeneid.
Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
Alma Venus Phrygij genuit Symoentis ad undam.
Et secundo:
Alma Venus confessa Deam, qualisq. uideri
Caelicolis:

Alma, inquit Pompeius, *Sancta, siue pulchra, siue alens, ab alendo scilicet. Flammiferumq. trahens spatioso limite crinẽ Stella micat,*] Periphrasis Cometae: quã una cũ Caesaris aenea statua in aede Veneris posuit Octauius. auctor Zonaras. *Aegea sic Theseus, sic Pelea uicit Achilles.*] Hunc locum imitatus

tatus est Saty. princeps, Iuuenalis, Satyra XIV.

-uinceris ut Aiax

Praeterijt Telamonem, ut Pelea uicit Achilles.

-sic Pelea uicit Achilles:] Achilles, cui nomen fuit Ligyron, quare sit dictus, docet Apollodorus lib. III. *-pater est & rector uterq.*] Sic & alibi, ad Augustum:

Iure igitur genitorq. Deum, rectorq. uocatur
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Tu quoq. cum patriae rector dicare, paterque,
Vtere more dei nomen habentis idem.

Quiq. tenes altus.] Liber meus, *Quiq. tenes celsus.* Stupidi quidam legunt, *Quiq. tenes altius. Tarda sit illa dies.*] Hoc est, quod ait lib. II. Tristium:

Optaui peteres caelestia sidera tarde,
Parsq. fui turbae parua praecantis idem.

IAMQ. *opus exegi,*] Idest, opus absolui, finem operi imposui. Alibi:

Hoc opus exegi:

Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar,] Huc respexit leuissimus Poetarum, sed tamen argutus, Martialis, initio lib. IX.

Et meliore tui parte superstes eris.

Et ipse II. elegiarum:

Ergo etiam, cum me supremus adusserit ignis,
Viuam, parsq. mei magna superstes erit.


Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar, nomenq. erit indelebile nostrum. Quaq patet domitis Romana potentia terris, Ore legar populi, perq. omnia saecula fama, Si quid habent ueri uatum praesagia, uiuam.] Hoc idem hisce aliis uerbis significauit:

Cumq. ego praeponam multos mihi, non minor illis
Dicor, & in toto plurimis orbe legor.
Si quid habent igitur uatum praesagia ueri,
Protinus ut moriar, non ero terra tuus.

Et rursus non dubitauit dicere, quod hic quoq. uidetur annuere, quoad Roma exstaret, semper se lectũ iri. Ait enim:

Dumq. suis uictrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia ROMA, legar.

FINIS



I N D E X

a Amo-

effe-

Mat-

exten-

Polae-

FINIS.

AB AVCTORE OMISSA, VEL deprauatae ſcriptionis uitio ab impreſſoribus commiſſa, ſic emendato.

Pag. 3. *omnis habet. abeſt. connexa. conuexa.* ibid. *fingerentur. figerentur.* ex Anatrice. ex Amatrice. 4. *propior locus aere cepit. propior locus aera.* 5. expoſitio. expoſitionem. &c. *nec torto. nec torta.* 6. ἡμέρα. ἡμέραι. Tyrus Maximus. Tyrius Maximus. Ibid. De quo. De quo fructu item. 7. *Neque ea res Tarquinio affectandi. ſpem affectandi.* 8. *& cetera lumina. numina.* 9. *Nymphas. Nymphae.* 10. οὗτος. οὕτως. Ibid. *Nat lupus inter oues.*] Si hoc loco Poeta noſter &c. hoc delendum uſque ad illud, *Mons ibi uerticibus, &c.* 12. ςπαρθενίην. παρθενίην. 13. *medicinae meum eſt. medicina.* 19. *Ignarus ſtupet quid agat. Ignarusq. ſtupet.* 20. *ancenſum. accenſum.* 21. *ſumme rerum. ſummae.* 22. *ſors non ſatis. ſors. mea nuba ſilentia. muta ſilentia.* δικτύα *nominatur.* δίκτυα *nominantur.* 23. hoc propter. hoc eſt propter. 25. *cauamq. canamq.* 26. Delphius. Delphicus. 27. *prohibere prohibebere. Iulius. Icilius. cognata pectora. cognita.* gloſſena. gloſſema. 28. *Sed ſingulis perturbationibus. Sed in ſingulis.* 30. *miratur Agenora nato. nata.* Hinc repetitionibus. Hiſce. 32. Claudiamus. Claudianus. parum conſiderare. conſiderate. quiſque loci. cuiusq. loci. *& adhuc ignota precantur. precatur.* 33. σ'ἰδ'ων. σ'ἰδὼν Ibid. *antrox. antro,* 34. *habitu. halitu. connexa. conuexa. Qua quia. Quae quia.* 36. ὅισοισὶν. ὅσοι σὶ. 38. *oſculum matri tulit. tulerit.* 39. *conſiſtit. conſtitit.* 40. Dircem. Dircen. 42. *uociferatae. uocis ratae.* 44. Vide ad illud Virgilii. Vide Seruiũ ad illud Virgilii. *ſit, ſic.* 45. *Deducit. Deduxit.* 47. apud eundem. apud eundem Ennius. 49. ſcena. ſcaena. Boetiae Boeotiae. 53. *coire, coiere.* 54. *& ad pactae confert. ſe confert.* 55. rubeũ. rubrũ. 56. Tu eméa. Tu emenda. 58. *a ueſpero. a ueſpere.*

59. *Viſcera praebebat Tityus lanianda.*
Nouemq. iugeribus diſtractus eras.
Viſcera praebebat Tityus lanianda, nouemq.
Iugeribus diſtractus erat.

61. *Exſules, Exſulis.* 62. *redeuntibus annos. annis.* 65. *ſuperq niten-*

†

*nitentem. superoq.*67. *casusq.canit. casuq.*itaq. elgendum. legendum.71.persuasit. peruasit.72. *Senatus consulo.consulto. Hic Cereris.Hinc.*75. *α᾽ϑηνας. αϑηνᾶς* 77.uoltarios. uoltorius.82. *animosa suis. sui.* 83. *ὄλεϑαι. ὀλέϑαι. κισός. κισσός. τάκο μέναι. τακομέναι. μαγκλαύσοις.παγκλαύσοις.* Et. Et in Electra. *αἴ αἰαῦ* .84. *Atque Apollinem atque ibi Apollinem. Pellae. Pelle.* 85. *Spartam. Sparta.* 86. *subiectaq. ponto. sibuectaq.*87. *Εκεῖνως.* Εκεῖνος.94. *commissa luporum. commissa.* Medea, Medeae.88. Delendum totum illud. Non uideo quo modo uersus stare possit &c. usque ad illud, In uno meo & Caelestino. 96. *ἐλισο ἑλισσο.* &. *κατόμματον. κατ᾽ ομματον.* & *α᾽ος ῆρα. α᾽οιδητῆρα.* & *ἠδ᾽ εἰν ἠδειη.* 97.

Victor ad Haemonios intrat coniuge portus.

Haemonios uictor tetigit cũ cõiuge portus. Lege hoc modo:

Victor ad Haemonios intrat cum coniuge portus.

In uno Vaticano est:

Haemonios uictor tetigit cum coniuge portus.

97. Cuius ex obitu. Cuius ex obitu anno.100.sed cum genitiuo.sed cum ablatiuo.101. lib.v.lib.1. *ἑλισσόμετος. ἑλισσόμενος.* 102. discesserit. digesserit. 105. *Flacus. Aeacus.* 106. *Dumque quater plenis expleuit cornibus orbem.*] Hic uersus omissus est, ante illa. In uno meo legitur, *Dumque quater plenum &c. bonumq. bouumq.* 109. *peruenit aures. ad aures.* Indicent. Iudicent. 112. Leandum. Leandrum.116. Climenem. Climenen. criptoribus. scriptoribus. emanauit. emanauerit. 117. *Insitaq. Insiatq.* 118. eustat eulogiũ. exstat elogium. 119. *Oeminas.Geminas.*120. *non ulla.non ullas.* 121. *quam impetratus est. quem imperatus est.* niuenti. uiuenti.123. frecus fide. fretus.125. sed Ei ueriorem locutionem. lectionem. 126. Claudianus Panegyris. Panegyrico. *γλῶσαι.γλῶσσαι. ἄρρηκτος. ἄρρηκτος.* 130. *Et digitos digitis premebam. Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.* 131. Ex hac re Seneca inscripsit tragoediam Hercules Oeteus. Ex hac re à Seneca inscribitur tragoedia Hercules Oeteus. De Busire. De Busiride. Busirim. Busirin. 134. *Saeua coniux Iouis. Saena Iouis coniux.* 135. *alterumq. alterumue.* 136. *deerare. deerrasse. ὅσια τε. ὅσια. νε᾽μοί. ἐμοί. ϖρέσβον. ϖρέσβυν. περα. πέρα. ε᾽πιψ ὔσαι. ἐπιψαῦσαι. Δῖος. δῖος. Alcidaeo. Alcidae. Ecquidni, Fului. Ecquid, mi Fului.*

ui. 137. ἠρακλεε. ἠρακλεῖ: φορεὶς. φορεὺς.μί᾽θῶ. μιθῷ. ὑπερ-τίας.ὑπεργίας. flammas. flāma.ſcribit. ſcribat. πολιον. πολιὸν. γαρπον. γαρπε.ὀβρίκω.ὀβρίμω. νεν. ἦεν. redditurus.reditu rus. 139. *uaticano. uaticino.* δια. δῖα. *in Lunam Iaſius heros. Latmius heros.* 140. *Deus omnis habet.*] Hoc uſque ad illa, *Vos etiam quoque &c.* delendum. 146. *M rtus. Myrtus.* 147. *conſtumq.* 150. *Et ſaxa ſequentia.*] *Et ſaxa ſequentia ducit.*] *Murus, Munus.* 151. Quidquid. Et ſiquid. 152. Huic. Huc. 153. Apollonis. Apollinis. 156. *miſcuerunt. micuerunt.* 157. προσωποπῖαν. προσωποποιίαν. uel eiectas erit participiū cum uoce arenas. protulit. protuli. 160. *teatro. taetro.* 161. *faciunt. faciant.* 163. *meum mecum.* Α᾽θαναθὸν. Α᾽θανάθων. 164. *Graeciae. Graiae.* 165. *humeriqs. humerisq. tartara corpus. corpus tartara.*] *Perq. domus Dis uacuas Ditis.* 167. Α᾽νάφορα. Α᾽ναφορά. 168. lib. 11. Off. lib. 111. 170. Haec de re. Hac de re. non praeſtitiſſe. praeſtitiſſe. praepoſitam. propoſitam. 171. Poſt illa, *Profuit ingenium.*] Ingenii acumen, uel calliditas. omiſſum hoc. *-meaq. haec facundia, ſiqua eſt.*] Amolitur a ſe Vlixes arrogantiae ſuſpicionem, ſimulq. ad id reſpondet, quod Aiax dixerat.

-quantumq ego Marte feroci,

Inq. acie ualeo, tantum ualet iſte loquendo. Ibidem. poſt uerbū Auferet, Om iſſum item hoc. *Praeſcia uenturi genitrix Nereia leti Diſſimulat cultu natum.*]. Vide Apollodorum lib. 3. 172. reddendae. reddendaeq. decem annos. dicunt decem annos. aliiq. hiſtorici ſex & trecentos. aliiq. hiſtorici, uno excepto Eutropio, ſex & trecentos. mallet. uelit. 174. geſſerit. geſſiſſet.

-nemo dolorem

Fingit in occaſu, ueſtem deducere ſummam.

Contentus. ſummam contentus, Sed non celabo lectorem, locum hunc Iuuenalis multo rectius legi in libro ſcripto Petri Galleſii Hiſpani, uiri & ingenio acutiſsimo, & doctrina plane ſingulari.

-nemo dolorem

Figit in hoc caſu, ueſtem deducere ſummam

Contentus &c. Quo modo ex ingenio legendum nuper cōiecerat Muretus. Deducere reperitur et in altero lib. uete ri eiuſdē Petri. 178. *illos. illius.* 179. de turri. de turrib. Tro-

† 2 ianis

ianis 181. *habebat. habet.* Auroram. Aurora.doluiſſe.dolue rit. 182. *prius. pius.* 184. *cadensq. cedensq.* corolium. coralium. 185. quinam. quidnam. Aldrouando. Aldobrando. 187. Eἰς. Εἶς. ἐ'ν.ἐ'ν', dubiusq. fuit.fui. 189. Beronices. Berenices. *Compoſitisq. Compoſitusq.* 191. in morte. *in mortem.hauſti.hauſtu. reuulſum.reuulſam.*192. ſed adſcripta eſt gloſſa. lege, adſcriptum eſt, deleta uoce gloſſa.Achaemenidem.Achaemeniden.193.Circes. Circe.194.uidiſtis. uidiſti. Sed alibi,Et dixit.Sed alibi etiam dixit. 195. me ingenue.ingenue me.199.& Iulus. Iulius.200.Confuſerat.Confuderat. Romulum, quemadmodum &c. Remulus. 203. Quidquid Regius. Quid tamen Regius.208. neutri. neutrius. 210. κύκλωπευς. κύκλοπες.ἐ'πώνυμ'.ἐπώνυμον. 211. ρεῖ. ῥεῖ. μενεὶ. μέ'νι. οργά'. ὀργᾶ'. 214. Paeniſulam. Paeninſulam. 215. Δίος. Διός. Icciꝛco tinctum eſſe Amphionem ad cuius fontem &c. Icciꝛco finctum eſſe Amphionem,lyra, ad cuius ſonum &c.216. *paulixum. pauxillum. prolatum. protelatum.* 220. *deorum. duorum. meminiſſe. meruiſſe. quoniam apud Romanos templo Veſtae ſanctius habebatur, arcam ipſam. Quoniam nihil apud Romanos templo Veſtae ſanctius habebatur, arã ipſam* 222.*referem:referã:diuũ uoluptas.diuumq. Tunc.Tu ne.*223.*praecantis.precantis. plurimis. plurimus.*

Addenda ſuis quibusq. locis.

Lib.1.Pag.3.ante illa, *Quaq.erat & tellus, illic* &c.

-nec brachia longo

Margine terrarum porrexerat Amphitrite.] Margo, inquit Regius,eſt incerti generis nomen. Cariſius uero lib.1. inſtitut.Grammat.ubi hunc Ouidii locum citat, ait eſſe generis maſculini.Eius uerba ſunt:Margo feminino genere, ut Virgo,imago,Carthago,&.cetera, quae ante o habẽt i. Idemq.& Aemilius Macer ait;

-fluuiorum margine ſumma.

Et Rabiriu s extulit:

-Idaeos ſumma cum margine colles.

Inueniuntur tamen ex eadem forma maſculina, uligo,& farrago.Quare apud auctores margo maſculino quoque dicitur genere,ut apud Ouidium.*brachia longo Margine:* &

fre-

frequenter Varro rerum rusticarum.

Pag.5. ante illa. *Caelumq uidere Iussit &c.* pone haec.

Sanctius his animal, mentisq. capacius altae
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,
Natus homo. Hunc locum citat. & interpretatur Lactantius lib.II.cap.IX. Idem illum eiusdem Ouidii eod. lib.cap.X.

Quippe ubi temperiem sumpsere humorque, calorque;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq. sit ignis aquae pugnax, uapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fetibus apta est.

Qui locus ponendus pag II. ante illa, *& discors concordia.*
Pag.29. post illa. *Et tamen haec quoq. lectio satis mihi arridet.*
Adde haec. Virg. aũt uulgatã uidetur cõfirmare, eclog. II.

- tibi candida Nais,
Pallentes uiolas, & summa papauera carpens,
Narcissum &c. Iudicent eruditi.

Initio lib. 4. ante illa, *Immunesq. operum famulas.*] Pone haec. *Orgia censet.*] Orgia celebrabant olim Phryges Pessinunte ad fluuium Gallum. Herodianus lib.I.

Initio lib. VII. ante illa. *Quae tanti caussa timoris.*] adde haec uerba:

Et luctata diu, postquam ratione furorem
Vincere non poterat.] Hunc locum expressit Seneca, apud quem Medea ipsa loquitur:

Incerta, uaecors, mente non sana feror
Partes in omnes.

Pag. 92. ante illa. *-taurorum afflabitur ore.*] *uiuat, an ille.*
Occidat, in Dijs est: uiuat tamen. Hunc locum imitatus est idem Seneca in Medea. *-si potest, uiuat meus*
Vt fuit, Iason; sin minus, uiuat tamen.

Pag.94. post illud, *- lumina nostra tui,* Adde: Et Chorus apud Senecam in Medea.

Vincit uirgineus decor
Longe Cecropias nurus:
Et quas Taygeti iugis
Exercet iuuenum modo
Muris quod caret, opidum;
Et quas Aonius latex,

Alpheusq.

Alpheusq. sacer lauat,
Cedent Aesonio duci,
Si forma uelit adspici.

Pag. 104. post uersum illum, *Dixe Regi* &c. adde haec:
Seneca in Medea:
Ego inter auras aliti curru uehar.


Lib. ix. pag. 134. post illud carmen,
Non potuit Iuno uincere, uincit amor. Adde haec:
defessa iubendo
Saeua coniux Iouis: ego sum indefessus agendo.]
Hunc locũ expressit idem Seneca in Herc. Furente, apud quem ita loquitur Iuno.
Minorq. labor est Herculi iussa exsequi,
Quam mihi iubere: laetus imperia excipit.
Ibidem, ante illa. *at tu Iouis inclyta proles &c.*
Adde haec: *Dicentem, genibusq. manus adhibere parantem*
Corripit Alcides, & terque, quaterq. rotatum
Mittit in Euboicas &c. Seneca in eadem tragoedia:
En blandas manus.
Ad genua tendens uoce miseranda rogat.
Scelus nefandum, triste, & adspectu horridum;
Dextra precantem rapuit, & circa furens
Bis, ter rotatum misit: ast illi caput
Sonat, cerebro tecta dispersa madent.

Lib. x. pag. 147. post Anacreontis uersus, Adde: Idẽ in Medea:
Non quae sequitur, flectitq. senex
Arctiaca tardus plaustra Bootes.

FINIS.

W

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google